Um omnis scientia sit veri inquisitiua et hoc per modum et rationem discernendi: Logica autem habeat determinare modum inquirendi veritatem in alys scietys: patet quod logica modum et rationem discernendi dicitur determinare sed ratio discernendi secundum Boecium duas habet partes. scilicet inuentionem et iudicium: igitur logica de utraque habet determinare ut dicatur quedam pars logice de arte inueniendi et quedam de arte iudicandi. ¶ Sed tunc statim dubitabit aliquis cum in omni scientia fiat inuentio et iudicium secundum quod vnaqueque scietia differt propter quod iste due partes magis logice quam aly sciencie attribuuntur. Et dicendum quod licet omnis sciencia inueniat et iudicet tamen sola logica modum et artem inueniendi et iudicandi determinat: et ideo iste partes soli ei attribuuntur. ¶ Et tunc ulterius dubitatur propter quid in doctrinis specialibus non denominatur ars inueniendi et iudicandi sicut in logica. Et dicendum quod inconueniens est simul querere scientiam et modum sciendi: doctrine autem speciales determinant ipsas sciencias quare modus sciendi non determinabunt sed modus sciendi consistit inueniendo et iudicando quare modus inueniendi et iudicandi non habet determinari in aliqua sciencia speciali et ideo in logica que est sciencia communis determinabitur. ratio autem quare inconueniens est simul querere scientiam et modum sciendi hec est doctrine speciales sunt generis determinati et circa principia generis determinati nec excedunt ea sed extra principia generis determinati sunt modi communes quare sciencie speciales ad modos communes determinandos non se extendent sed modus inueniendi et iudicandi est modus communis pluribus scientys quare de illo in aliqua scientia speciali determinari non poterit. ¶ Sed tunc ulterius dubitatur. si inconueniens est simul determinare scientiam et modum sciendi. logica autem est vna sciencia necesse est aliam precedere logicam que rectificet logicam in modo sciendi et docendi et si hoc consimilis ratio est de illa que precedit logicam et sic proceditur in infinitum uel erit alia scientia determinans scientiam et moduz sciendi quod est contra propositionem superius habitam. Et dicendum quod logica simul determinat scientiam et modum sciendi et non est inconueniens. est enim logica de modo sciendi vnde illa potest seipsam rectificare in modo et non indiget scientia preexistente que rectificet eam quare cum ipsa determinat scientiam et modum sciendi hic non sunt duo apud ipsam: quia quod est modus omnium scientiarum est modus in sciencia logica. In alys autem scientys ut in doctrinis specialibus aliud est scientia et modus sciendi: et ideo nullum inconueniens est simul dare scientiam et modum sciendi. patet igitur responsio ad obiectum. predicta enim propositio non se extendit ultra sciencias speciales ut iam patet. ¶ Sed tunc dubitatur. si enim logica simul tradat scientiam et modum sciendi nulla autem scientia specialis hoc potest videtur quod logica sit nobilior et dignior omni scientia speciali. Contrarium tamen videtur per hoc quod neque est de nobiliori subiecto neque nobiliori modo neque certiori procedit quam speciales et hys duobus modis est vna scientia nobilior alia et dignior sicut patet ex principio libri de anima. Et dicenduz quod logica in suo genere nobilior est et melior alys in suo cum logica in suo genere habeat scientiam et moduz sciendi et alie solam scientiam simpliciter tamen alys nobilior et dignior non est: non enim subalternat sibi alias neque de excellentiori subiecto est: neque per demonstrationes nobiliores tradita et ita quo ad quid est nobilior alys simpliciter autem non et per hoc patet responsio ad obiecta. ¶ Sed adhuc restat dubitatio quia cum sciencia specialis modum et inueniendi et iudicandi non habeat determinare: sed sciencia communis. sciencia autem communis est duplex. scilicet logica et methaphisica. dubitatur quare apud logicam magis determinetur iste modus quam apud methaphisicam. Et dicendum quod inuentio et iudicium partes sunt artis discernendi que completur per sillogismum que est res rationis. logica autem de rebus rationis determinat et ideo ad logicam pertinet determinatio inuentionis et iudicy: methaphisica autem non est de rebus rationis sed magis de rebus nature communiter accipiendo naturam secundum earum essentias puras et per rationes profundas et verissimas et ideo methaphisica de modo predicto non habet determinare: ex hys ergo manifestum est quod inuentio et iudicium partes sunt logice et quod solius logice et propter quam causam. ¶ Hys visis consequenter videndum est ubi iste partes in logica tractantur. et dicitur quod ars inueniendi in thopicis et elenchis. ars autem iudicandi in prioribus et posterioribus traditur. ¶ Sed super hoc dubitatur. non videtur quod disiuncte tradatur ars inueniendi et iudicandi ita quod sola inuentio tradatur in thopicis et accipio thopica pro thopicis et elenchis: demonstrator enim medium inuenit: de qua inuentione in thopicis non determinatur medium enim demonstratiuum necessarium est semper in thopicis autem non datur nisi inuentio medy probabilis sicut patet per Aristotelem in primo thopicorum. ¶ Adhuc si sufficienter determinaretur inuentio non oporteret determinare de ipsa in prioribus aut posterioribus nunc autem determinatur. ¶ Adhuc sicut sillogismus demonstratiuus addit aliquid supra sillogismum simpliciter pro quo aliud est iudicium de ipso et sillogismo simpliciter sic sillogismus dialecticus addit aliquid simpliciter supra sillogismum pro quo superaddito aliud erit iudicium de ipso et de sillogismo simpliciter quare non sufficit inuentionem sillogismi dialectici determinare sed oportet de illo tradi iudicium et ita insufficienter agitur de sillogismo dialectico si solum determinetur eius inuentio. Ex hys ergo videtur vel quod diminuta sit doctrina logice vel quod non sit distinctio inuentionis et iudicy ita quod sola inuentio tradatur in thopicis et elenchis et solum iudicium in prioribus et posterioribus. Et dicendum quod ultimum est uerum in utroque enim librorum et aliquid de iudicio et aliquid de inuentione tractatur. sed sciendum quod opposito modo se habent inuentio et iudicium circa sillogismum demonstratiuum et dialecticum. sillogismi enim demonstratiui vnicum est medium secundum speciem. scilicet diffinitio causalis: et ideo parum habet de inuentione illud tamen quod habet in secundo posteriorum determinatur. sed sillogismi demonstratiui multe sunt conditiones. scilicet quod sit ex primis ueris immediatis et cetera. et ideo difficile est iudicare an sillogismus propositus sit demonstratiuus an non: et ideo multum habet de iudicio. sicut dicendum est de sillogismo simpliciter: de sillogismo autem dialectico econtrario modo dicendum est. que enim in dialecticis ad eandem conclusionem possunt adduci sunt multa media et multis modis siue ex multis conclusionibus ideo multum est de ea inuentione quia tamen sillogismi dialectici vnica est conditio. scilicet quod sit sillogismus ex probabilibus ideo parum habet de iudicio et id quod habet de iudicio partim determinatur in libro primo thopicorum partim autem in .viij. ubi determinat de ratione uel sus enim fine illius partis. scilicet primo autem modos procedendi quod est in principio dicit quod considerandum si oratio sit sillogismus uel non: et sic ex quibus sit sillogizata et istud secundum pertinet ad iudicium de sillogismo dialectico faciendum. Ex hys patet responsio ad obiecta quia omnino inuentio traditur in thopicis neque sola inuentio immo mixtim traditur inuentio et iudicium in omnibus denominatur tamen ab eo quod magis abundat et excedentius est et quod hec sibi competeter possunt manifestari per tale signum. In rhetoricis sunt partes artis. v. scilicet inuentio: dispositio: elocutio: memoria et pronunciatio ipsa enim habet triplicem materiam siue speciem materie. scilicet tria genera causarum iudiciale: demonstratiuum: deliberatiuum. ut autem plene sit rhetorica in qualibet sua materia ipsa cum omnibus suis partibus omne genus cause ingreditur: eodem modo cum logice due sint partes. scilicet inuentio et iudicium et duplex materia siue species

mãtio.s.questio scibilis et questio opinabilis: ut logica scdm se totam in qualibet sui materia sufficienter inueniatur oportet ut circa questionem opinabilem determinando habeatur tam inuentio quam iudicium: similiter autem circa questionem scibilem. Ex hys ergo patet ubi in logica tradatur ars inueniendi et ars iudicandi et questio. ¶ Quibus habitis adhuc dubitaret forte aliquis cum v. sint partes rhetorice.s.inuentio dispositio etc. quare sola inuentio de numero illarum ponitur pars logice. ¶ Ad hec cum logice partes sint inuentio et iudicium quare non ponitur iudicium pars rhetorice sicut inuentio. ¶ Ad hoc dicendum quod in rhetorica affirmatur multitudo signorum et entimematum confuse ad probandum intentum: et propter talem multitudinem et confusionem ne talia premisceantur ad inuicem necessaria est in rhetorica tam dispositio quam memoria. Iterum in rhetorica necessarium est persuadere iudici scdm quod possibile est quod maxime potest fieri per ornatam eloquentiam et moderatum corporis gestum et ideo necessaria est rhetorice elocutio et pronunciatio: hec autem non sunt necessaria in logica. ibi enim non ordinatur multitudo rationum confuse sed vnicuique statim reddit sua responsio et ita cum non sit ibi confusio sicut in rhetorica nec est ibi indigentia dispositionis et memorie. Preterea ibi non multum appetitur beniuolentia et ideo non est ibi necessaria elocutio uel pronunciatio quamuis hec quatuor conferre possint in logica non tamen sunt ibi necessaria sicut in rhetorica: nec etiam sunt iste partes ita essentiales in logica sicut est inuentio. ¶ Uel aliter posset dici scdm quosdam dicentes quod in logica pars est dispositio et pronunciatio et hec tria sunt consitmare per Aristotelem in pri°. 8. thop. dicit enim ibi quod primum oportet inuenire media: in quo significatur inuentio. secundo inuentum formare et ordinare: in quo significatur dispositio. tertio proferre ad alium: in quo significatur pronunciatio sed de hoc non est curandum. prima responsio dicit ueritatem. ¶ Ad secundum dicunt aliqui quod ad rhetoricam nihil pertinet de iudicio: ipsa enim non instruit nisi actorem et reum Iudex autem iste iudicare debet scdm leges et decreta: quia ergo iudicium ibidem extra rhetoricam est ideo non ponitur iudicium pars eius sicut inuentio sed hec responsio non sufficit. cum enim rhetorica instruit actorem in opponendo et accusando reum: aut in respondendo et defendendo: manifestum est quod ipsius est illud iudicium determinare quod pertinet ad responsionem eorum que opposita sunt ab actore. Et propterea dicendum quod huius oppositorum duplex est iudicium. vnum quod est ipsius rationis ui figure: et istud transcendit rhetoricam et omnem scientiam specialiter disputatiue et ideo non habet determinari in rhetorica sed potius in logica. determinatur enim hoc iudicium in prioribus. aliud autem est iudicium sub modo sed istud adhuc non pertinet ad rhetoricam eo quod ipsa non utitur rationibus modificatis que habent necessitatem sed entimematibus et figuris inducentibus suspitionem: et ita patet cum neutrum iudicium ad rhetoricam pertineat quod non dicitur iudicium poni pars rhetorice. Ex hys ergo patet quod partes logice sunt inuentio et iudicium et ubi in logica determinatur et quod solius logice sunt et quomodo se habent ad partes rhetorice. ¶ Hys habitis de partibus artis ~~differendi~~ quare de quadam eius parte est presens intentio accedendum est ad illam. ars enim discernendi maxime completur per sillogismum. vnde ars discernendi que logica est de sillogismo facit considerationem principaliter. Cum igitur in duobus libris ueteris logice. s. predicamentis et periermenias determinetur de principijs sillogismi materialibus. in libris uero residuis de ipso determinatur. sed hoc potest esse dupliciter. quia aut de sillogismo in se et sic liber priorum. aut in suis partibus et hoc tripliciter. Sillogismus enim specialis aut est ex necessarijs et sic est demonstratiuus: aut ex probabilibus et sic est dialecticus: aut ex apparentibus probabilibus et sic sillogismus sophisticus de quibus determinatur in tribus libris residuis noue logice: et sic patet quod subiectum in proposito. s. in libris priorum est sillogismus simpliciter et non contractus et hoc ad presens supponendum et ita patet causa materialis. Causa formalis consistit in modo agendi et in ordinatione partium doctrine. ordinatio autem partium patebit in diuisione libri. Modus uero agendi quidam necessarius est propter ipsam doctrinam: et iste est triplex. s. diffinitiuus diuisiuus et collectiuus et quidam non necessarius est propter ipsam doctrinam sed solum propter auditores. s. exemplorum positiuus. causa efficiens est Aristoteles. titulus talis. Incipit liber priorum analeticorum. et est analeticum idem quod resolutiuum. vnde quia in hoc libro traditur iudicium de sillogismo simpliciter: iudicium autem fit circa resolutionem ideo dicitur ille liber resolutorius. et dicitur analeticorum ad differentiam libri thopicorum et elencorum. dicitur autem priorum ad differentiam posteriorum analeticorum. et dicitur in hoc libro tradi resolutio prior. in libro autem posteriorum posterior: eo quod in hoc libro traditur resolutio et iudicium de sillogismo simpliciter. in libro autem posteriorum de sillogismo demonstratiuo. sillogismus autem simpliciter prior est scdm naturam sillogismo demonstratiuo. Super hoc quod suppositum est sillogismum simpliciter esse genus subiectum in hac doctrina duplex occurrit dubitatio. Prima utrum de sillogismo simpliciter debeat aut possit esse scientia. Secunda dato quod sic utrum presens scientia sit de sillogismo simpliciter uel non. videtur autem quod de ipso non debeat esse scientia separata hac ratione: logica habet considerare artem diffiniendi et diuidendi quare non debet tradi de arte colligendi. sed ars que est de sillogismo simpliciter est ars colligendi ergo de sillogismo simpliciter non erit pars logice separata. ¶ Adhuc cuius est determinare speciei eius est determinare genus commune eis. si igitur logica habet determinare de sillogismo et inductione quibus commune est ratiocinatio: habet etiam de ratiocinatione determinare: ergo a destructione consequentis cum non sit pars separata de ratiocinatione nec erit de sillogismo aut inductione. ¶ Adhuc species ratiocinationis sunt sillogismus et inductio. sed de inductione non est pars separata quare nec erit de sillogismo. ¶ Adhuc sillogismus simpliciter caret bonitate et opere ergo de ipso non erit scientia. est enim scientia de bono et difficili. probatio premisse. bonitas sillogismi consistit in hoc quod possit facere fidem uel scientiam uel aliquid tale: sed sillogismus simpliciter abstractus ab omni materia speciali nihil tale facere potest. igitur sillogismus hic dictus bonitate caret sillogismi. ¶ Adhuc videtur quod non possit esse scientia de sillogismo simpliciter. si enim sit: cum omnis scientia fiat per demonstrationem et ita per sillogismum: scientia de sillogismo fiet per sillogismum: et si hoc sillogismus erit ante sillogismum simpliciter quod est inconueniens ergo et primum. ¶ Ad oppositum sic. cuius sunt per se passiones de ipso potest esse scientia per demonstrationem illarum passionum de ipso. sed sillogismi simpliciter sunt quedam passiones proprie demonstrabiles de ipso. videlicet quod sit ex duabus propositionibus ex tribus terminis et huiusmodi ergo de sillogismo simpliciter potest esse scientia. ¶ Adhuc quedam sunt propria generi ita quod non speciebus. cum ergo sillogismus simpliciter sit tamquam genus ad demonstratiuum et dialecticum aliqua erunt ei propria que non sunt propria suis speciebus. sed que sunt propria de ipso constat quod non sciuntur a casu sed per causam. cognitio uero per causam est scientia quare de sillogismo simpliciter poterit et debet esse scientia. ¶ Adhuc passio communis inest pluribus per causam communem. sillogismus demonstratiuus et dialecticus habent quasdam passiones communes ut quod sunt ex tribus terminis et duabus propositionibus etc. ergo habent eas

per aliam causam eodem: sed illis nihil est commune pro prie nisi sillogismus simpliciter quando dicte passiones prius sunt sillogismi simpliciter et sibi demonstrari possunt de ipso et ita de sillogismo simpliciter debet esse scia. ¶ Ad 3 sillogismus simpliciter est instrumentum quo acquiritur fides de questione opinabili et scientia de questione scibili: sed omne instrumentum artificiale habet et artem et scientiam ipsum constituentem: quare sillogismus simpliciter habebit artem et scientiam sui constitutiuam et que passiones eius considerabit. ¶ Rationes ultimas questionis concedendum est: ad alias autem respondendum. ad primam sic ꝙ non est simile de sillogismo simpliciter et de diffinitione et diuisione. quia diffinitio et diuisio non intenduntur in logica nisi propter sillogismum et hoc principaliter propter demonstrationem et ideo de illis non sunt partes separate in logica: sed determinantur in illa parte ubi determinatur sillogismus demonstratiuus s. in secundo posteriorum. de sillogismo autem simpliciter propter se intenditur in logica: et ideo habemus partem separatam de sillogismo simpliciter. ¶ Ad secundam rationem dicendum ꝙ aliquid est commune pluribus dupliciter. aut penitus vniuoce et ita de tali communi dicitur esse scientia separata a scientiis determinantibus de ipsis speciebus: aut analogice ita ꝙ tota natura eius primo includatur in vno contentorum sub ipso. secundario autem in aliis et per naturam primi participans: et de tali non debet determinari per se separatim a suis contentis imo manifestata natura eius a quo primo participatur et quomodo per ipsum participatur ab aliis sufficienter determinatur natura eius communis. sic autem est ratiocinatio communis sillogismo et inductioni. tota enim natura eius primo monstratur in sillogismo: in inductione autem non nisi per sillogismum et ideo cum determinata sit natura sillogismi simpliciter et qualiter inductio capiat a sillogismo necessitatem patet sufficienter natura ratiocinationis nec debet aliter determinare. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ non est simile de sillogismo et de inductione. inductio enim nullam habet necessitatem de se sed a sillogismo. sillogismus autem a seipso: et ideo de sillogismo determinatur in parte separata: de inductione vero simul cum illo. ¶ Ad quartam dicendum ꝙ sillogismus simpliciter non priuatur bonitate et operatione sillogismi cuiuis in sua specie consideremus nec faciat fidem neque scientiam. sicut enim bonitas sillogismi dialectici constat secundum istam operationem facere fidem vel opinionem. bonitas autem sillogismi demonstratiui secundum istam operationem facere scientiam: sic bonitas sillogismi simpliciter ab utroque abstracti est secundum istam operationem aliquid probare ex necessitate sui aliquid inferre et hec operatio communis cum ingreditur naturam specialem facit scientiam vel fidem. ¶ Ad quintam dicendum ꝙ sillogismus duplex est. vnus cuius cognitio habetur per inuentionem ut per sensum et experimentum: et iste quiescit in anima inuentoris sicut ars in anima artificis. alius est cuius cognitio habetur per doctrinam mediante sillogismo iam inuento per experimentum et similem operationem secundum ꝙ docet Aristoteles in fine posteriorum. dicendum ergo ꝙ de sillogismo secundo modo est scientia et hoc per sillogismum primo modo dictum et non erit sic idem ad seipsum nec sequitur aliquod inconueniens. Dubium ꝙ scientia debeat esse de sillogismo simpliciter et possit consequens est quomodo utrum presens scientia. s. libri priorum sit de ipso. Quod non videtur hac ratione. illud de quo fit aliquid et illud per quod fit non sunt idem sicut instrumentum per quod fit statua et es de quo fit. sed scientia libri priorum fit per sillogismum simpliciter que cum sit scientia ibi fit demonstratio et ita est ibi sillogismus simpliciter quare non erit de sillogismo simpliciter. ¶ Adhuc genus non separatur secundum esse a suis speciebus. sed sillogismus simpliciter genus est ad omnes sillogismos speciales vel tanquam genus quare sillogismus simpliciter non separatur secundum esse ab illis. sed sillogismus traditus in libro priorum separabilis est secundum esse ab aliis sillogismis specialibus. ille enim sillogismus est in materia transcendenti ut in his terminis. a. b. c. nec est in materia probabili nec necessaria et ita nec est dialecticus nec demonstratiuus quare cum liber priorum sit de tali sillogismo. patet ꝙ liber priorum non est de sillogismo simpliciter. Adhuc idem non est subiectum totius et partis sed subiectum totius logice est sillogismus simpliciter quare non erit subiectum libri priorum cum liber priorum sit pars logice. ¶ Adhuc cum in ceteris libris determinetur de sillogismis specialibus contractis ad materiam hic autem non determinatur de sillogismo contracto ad materiam videtur ꝙ non erit ille liber de sillogismo simpliciter sed tantum de forma sillogismi simpliciter. sillogismus enim dicit quod compositum ex materia et forma. et non determinatur in hoc libro de eius materia et istud volunt quidam dicentes ꝙ de sillogismo quo ad eius formam tantum determinetur in hoc libro: in aliis autem quo ad eius materiam. ¶ Ad oppositum sic de quo et cuius partibus probantur passiones in alia scientia illud debet dici subiectum. sed de sillogismo simpliciter et de eius partibus probantur passiones in hoc libro ut per se patet. ergo etc. ¶ Adhuc in principio principalis negocii huius libri dicit ꝙ determinaturus est de sillogismo et de demonstratione. sed primum de sillogismo patet. ergo quia in libro priorum est intentio de sillogismo sed non de aliquo speciali ut patet. quare de sillogismo simpliciter. ¶ Adhuc contra illos qui dicunt Aristotelem solum determinare de forma sillogismi. diffinit enim in principio propositionem et terminum propter sillogismum et omnia hec sunt materialia sillogismi. Item diffinit sillogismum simpliciter sed sillogismus simpliciter non dicit solum formam. ¶ Adhuc determinat de sillogismo secundum ꝙ fit ex propositionibus de inesse et de modo et tales propositiones sunt via ad sillogismum quare non videtur solum ꝙ intendat de forma sillogismi. ¶ Adhuc ostendit sillogismum esse ex tribus terminis et duabus propositionibus et omnes termini et propositiones sunt materialia in sillogismo. Item potest argui per ea que determinantur in secundo: cuiusergo sillogismus simpliciter de quo agitur in prioribus sit forma ad sillogismum dialecticum et demonstratiuum tamen non videtur esse dicendum ꝙ liber priorum sit tantummodo de forma sed magis considerat iam formam quam materiam sillogismi in genere. ¶ Ultimas rationes concedendum est: ad obiecta respondendum. Ad primum sic ꝙ sillogismus de quo est liber priorum est sillogismus cuius cognitio habetur per doctrinam. Sillogismus autem ille per quem est scientia libri priorum est sillogismus cuius cognitio habetur per experimentum et sensum et ita non est idem sillogismus de quo est hec scientia. s. liber priorum et per quem est. ¶ Ad 2^m dicendum ꝙ sillogismus simpliciter non est vere genus ad dialecticum et demonstratiuum quia vere genus diuiditur per differentias formales per quas ei aduenientes constituuntur vere species. sed sillogismus dialecticus et demonstratiuus non sunt constituti per differentias vere formales sillogismo simpliciter aduenientes: sed magis per differentias materiales et ideo sillogismus simpliciter est actu et formaliter constitutum in esse ante sillogismum dialecticum et demonstratiuum et ideo abstrahit eis secundum esse intantum ꝙ potest aliquid certificari vel exemplari de ipso in terminis communibus in quibus neque fit sillogismus dialecticus neque demonstratiuus si autem esset vere genus non esset aliquid vere consideratum in esse ante ipsos: neque posset tunc certificari de sillogismo simpliciter aliquid nisi manifestatio sillogismo speciali ut dialectico vel demonstratiuo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ tota logica est de sillogismo simpliciter et liber priorum est de sillogismo simpliciter: sed alio et alio modo. cum enim dicitur ꝙ logica est de sillogismo simpliciter: hoc intelligendum est que est de sillogismo totaliter secundum se et secundum omnes

eius differentias. cum autem dicitur quod liber priorum sit de sillogismo simplici hoc intelligendum est quod est de sillogismo in genere et non contracto ad materiam specialem. s. ad necessariam uel probabilem uel aliam talem. ¶ Ad ultimum patet responsio per iam dicta in opponendo ad secundam partem questionis.

P Rimum oportet dicere circa quid et de quo est intentio. Quoniam circa demonstrationem et de demonstratiua disciplina. Deinde determinare quid est propositio et quid terminus et quid sillogismus: et quis perfectus et quis imperfectus. postea uero quid in toto esse uel non esse hoc in illo: et quid dicimus de omni aut de nullo predicari.

¶ Iste liber qui est de sillogismo simpliciter primo diuiditur in duas partes. s. in prohemium per quod remouetur ignorantia negationis. et tractatum per quem remouetur ignorantia dispositionis quibus remotis fit scientia. Et incipit tractatus ibi [Propositio est oratio.] Pars prima in duas. in prima dat intentionem respectu principalis negocii dicens quod primum est dicendum circa quid et de quo est intentio. et specificat dicens circa demonstrationem et de disciplina demonstratiua et in hoc significat intentionem respectu huius libri et libri posteriorum simul et hoc est [primum oportet.] In secunda dat intentionem respectu eorum que ordinatur ad principale negocium: quorum cognitio necessaria est ad cognitionem principalis negocii dicens quod deinde determinandum est quid propositio et quid terminus quid sillogismus quid perfectus et quis imperfectus: adhuc etiam quid sit esse in toto uel non esse siue dici de omni et de nullo. et hoc est [deinde determinare.] ¶ Dubitatur hic quare premittit prohemium posteriorum cum prohemio istius libri cum scientie diuerse sint. Et dicendum quod hoc est quia sillogismus simpliciter immediate descendit in sillogismum demonstratiuum in quo primo reperitur eius bonitas et maxime. propter hoc enim coniuncti sunt tractatus de sillogismo simpliciter et de sillogismo demonstratiuo quantum ad prohemium et epilogum. ¶ Adhuc dubitatur quid intendat per demonstrationem et disciplinam demonstratiuam: et quare magis dicit circa demonstrationem et demonstratiua disciplina quam econuerso. Et potest ad istud dici dupliciter secundum duplicem competentem expositionem. primo talis demonstratio idem est quod sillogismus demonstratiuus. intendit ergo in hoc libro de sillogismo in quantum sillogismus est. in posterioribus uero in quantum demonstratiuus est: similiter disciplina demonstratiua idem est quod disciplina sillogiçata faciens scire. Intendit ergo in hoc libro de disciplina demonstratiua in quantum est sillogiçata: in posterioribus autem in quantum est faciens scire: et ita patet quid intendit per demonstrationem et per disciplinam demonstratiuam. Adhuc hec prepositio circa dicit habitudinem alicuius rei existentis in motu uel quasi in motu. sillogismus autem et demonstratio quidam motus sunt quia motus rationis et sillogiçare quidam mouere et ideo bene dicit circa demonstrationem. Hec autem prepositio de dicit circunstantiam alicuius quiescentis uel quasi quiescentis. disciplina autem est in animo quiescentis et ideo bene dicit de disciplina demonstratiua: patet ergo quod melius dicit circa demonstrationem et de disciplina demonstratiua quam econuerso. ¶ Alia expositio est. s. quod per demonstrationem intendit subiectum in posterioribus: per disciplinam demonstratiuam subiectum in prioribus: ita quod demonstratio sumatur secundum quod idem est quod scientia demonstratiua: et disciplina demonstratiua idem quod scientia sillogistica siue ratiocinatiua: et premittit intentionem posteriorum quia de illa principaliter intendit. agitur enim de sillogismo simpliciter propter demonstrationem. adhuc hec prepositio circa dicit habitudinem subiecti ad actum ut est in ratione termini quasi distantis. hoc dico ut frequenter: quia demonstratio est quod finaliter intendit quod adhuc distans est sicut terminus et ideo dicit circa demonstrationem. hec autem prepositio de dicit habitudinem subiecti ad actum ut est in ratione materie uel subiecti presentis. Hec autem negocii materia siue subiectum est sillogismus simpliciter et ideo dicit de disciplina demonstratiua. Ex hiis igitur patet ea que determinanda sunt in prima parte prohemii. ¶ Consequenter forte dubitatur de secunda parte prohemii. et primo de hoc quod dicit [primum et deinde.] Prius enim dicturus est quid prepositio et quid terminus et hoc quam de sillogismo et de demonstratione. significat ergo per primum et deinde ordinem conuersum. Et dicendum quod hoc quod dicit primum et deinde non dicit ordinem sue executionis sed sue intentionis. unde in sua intentione primum est demonstratio consequenter sillogismus simpliciter. ultimo uero propositio terminus et huius. conuersa tamen uia de hiis prosequitur ita hoc quod dicit Aristoteles in tertio ethicorum. quod primum est in intentione. ultimum est in generatione. ¶ Ad hoc dubitatur ad quid determinandum est hic quid propositio et quid terminus ex quo de terminis determinatum est in predicamentis et periermenias et ibidem etiam de propositione. et quod determinatum est in superiori scientia debet supponi in inferiori. ¶ Et dicendum quod necessaria est duplex cognitio de utroque. oportet enim cognoscere propositionem secundum se secundum quam considerationem melius dicitur enunciatio et sic determinatur eius cognitio in libro periermenias. oportet etiam cognoscere ipsam secundum quod in ordine est sillogistica et sic determinatur eius cognitio hic. Et nota quod propositio in communi dupliciter potest considerari. s. aut secundum quod est in terminis significatiuis communiter quibuscumque. aut secundum quod est in terminis transcendentibus non significatiuis. sic enim est consideratio duplex sillogismi in communi cui respondet propositio. Primo autem modo est propositio pars in modo ad enunciationem que enunciatio narrat res proprias propter alienas. Secundo autem modo distinguitur ab enunciatione quia enunciatio non est nisi in terminis significatiuis et sic patet quod omni modo competit alicui magis definire propositionem quam enunciationem. similiter est de termino in predicamentis enim determinatur de ipso secundum se alibi autem secundum quod est in ordine sed hoc potest esse dupliciter. aut enim ordinatur cum alio termino ad enunciationem generandam et sic determinatur de eo in libro periermenias. aut ad propositionis resolutionem terminatur et sic determinatur hic quid est terminus. ¶ Consequenter queritur. ad quid diffinitur hic sillogismus ex quo satis diffinitur in primo thopicorum. Et dicendum quod hic diffinitur ex intentione eius. Ibi autem necessario incidentaliter per sillogismum dialecticum accipiendum. ¶ Ulterius forte dubitabit aliquis. quare non determinat consequenter quid conuersio sicut determinat quid sit dici de omni et dici de nullo. Et dicendum quod conuersio est principium perficiendi sillogismos imperfectos quorum perfectio non habetur per diffinitionem conuersionis sed per modos conuersionis cognitos et ideo nec hoc dicit consequenter se esse dicturum quid conuersio nec consequenter determinauit quid sit sed modos eius tantum. sic autem non est de eo quod est dici de omni et de nullo. per cognitionem enim illorum quid sunt patet perfectio in sillogismis perfectis quorum dici de omni et dici de nullo sunt principia.

P Ropositio igitur est oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliquo.

¶ Hic incipit tractatus et diuidit in partes duas. in prima determinat quedam ordinata ad principale negocium quorum cognitio necessaria est ad cognitionem silli. secundo cum dicit [His ergo determinatis.] determinat de principali proposito. prima in duas. in prima determinat quid sit sillo in se in suis partibus. In secunda cum dicit [In toto aut eē alterum.] determinat principia sillm rectificantia. prima in tres. In prima determinat qd est sill's in suis partibus integralibus. In secunda cum dicit [Sills est oro in qua qbusdā] in se. In tertia cū dicit [Perfectū ergo uoco] in suis partibus subiectiuis: et patet sufficientia. Tūc enim sufficienter cognoscitur aliqd cū cognoscitur in se et in suis partibus. et hoc dupliciter. s. integralibus et subiectiuis. patet etiam ordo partes integrales sunt priores toto naturaliter: totum etiā in se prius est partibus subiectiuis. prima in duas. In prima determinat de propōne. In secunda cum dicit [terminū vero uoco.] de termino: quia terminus in rōne q̄ terminus est posterior propōne: s. id qd est: naliter sit prius: ideo sic ordinantur partes. In prima parte sic procedit. primo diffinit propōnem dicēs q est oratio affirmatiua uel negatiua alicuius de aliq et accipiēdū de coiter ut demōstret tā propōnē affirmatiuā q̄ negatiuam. et h est [propō igitur.]

¶ Hec aūt aut ulis: aut pticularis: aut indefinita. Dico aūt ulēm: que aut oī aut nulli inesse. pticularē vero que alicui: aut nō alicui: aut nō oī inesse. Indefinitā aūt que significat sine uli aut pticulari ut contrariorū eādem eē disciplinā aut uoluptatē nō eē bonū.

¶ Secūdo diuidit eam dicēs quedā est ulis et quedā particularis et quedam indefinita et diuidētia declarat et patet et h est [hec autem vniuersalis.]

¶ Differt aūt demōstratiua propositio a dialectica: quia demōstratiua quidē sumptio alterius ptis contradictionis est. Nō enim interrogat sed sumit qui demonstrat. Dialectica vero interrogatio contradictionis est. Nihil autē distabit ut fiat ex utrisq sill's. Nā et qui demōstrat et qui interrogat sumit aliqd de aliq̄ eē uel non esse. Quare erit qdē sillistica propositio simplr qdē affirmatio uel negatio alicuius de aliq ßm dictū modū. Demōstratiua vero si uera sit et per pmas propōes sumpta. Dialectica aūt pcuntati qdē interrogatio cōtradictionis. Sillogizanti autē sumptio apparentis et probabilis: sicut in thopicis dictum est.

¶ Tertio diffinitionē datā uerificat per talem rōnem. Ois propō dialectica uel demōstratiua sumit aliqd de aliquo esse uel nō esse: sed ois propositio sill'ata simplr est dialectica uel demōstratiua ergo ois propositio sillistica simpliciter sumit aliqd de aliquo eē uel nō esse et sic patet q diffinitio bn̄ data est: quia intētio fuit propositionem sillogisticam diffinire. In hac ratione sic procedit. primo ponit quādam differentiā inter propōnem dialecticā et demōstratiuam. ex qua patet maior: dicēs q differūt propositio dialectica et demōstratiua. quia demōstratiua est sumptio partis determinate cōtradictionis. s. uere sine interrogatione. Dialectica aūt est interrogatio alterius partis cōtradictionis et h indifferēter uere uel false dūmodo probabilis. Ex quo patet q ex quo utraq sumit partē cōtradictiōis q sit aliqd de aliquo eē uel nō eē et hec fuit maior rōnis et h est [Differt aūt.] Secūdo ponit minorem dicēs q nihil differt ut fiat sill's de utroq. q. d. uel hec uel illa est propositio de qua fit sills et h est [nihil aūt distabit.] Tertio infert cōclonem et h est [quare erit sillistica.] Quarto propter euidentiam pdictorum apit modos tam propositionis dialectice q demōstratiue dicēs q propositio demōstratiua aut est uera et pma: aut sumpta per ueras et pmas et nota q pma est demōstratiua in esse potissimo. secūda in esse diminuto. Secūdo apit modos propōnis dialectice dicens q propositio dialectica apud pcunctātē est interrogatio: apud aūt sillogiçātem est sumptio alicuius apparentis siue probabilis quēadmodum in thopicis dictū est: et accipiendū est in thopicis coiter ad helencos et per hoc q dicit probabilis ligt propōnem dialecticā simplr. et per h q dicit apparentis ligt dialecticā praue se habentem: cuius est litigiosa uel tētatiua et huiusmodi. Cū pz q hic locut' est de propōne ualde coiter et h est [demonstratiua vero.]

¶ Quid ergo propositio et quid differt sillogistica et demōstratiua et dialectica subtiliter quidem in sequenti dicetur. ad presentem autem utilitatem sufficienter nobis determinata sunt que nunc.

¶ Cōsequēter epilogat dicēs q quantum ad psens negocium satis determinata est diffinitio inter propositionem dialecticam et demōstratiuam. sed inferius. s. in principio posterior. h subtiliter declarabitur. Dictum est etiā quid sit propositio et h est [quid aūt propositio.] ¶ Dubitatur forte hic et primo de diffinitione propositionis. et primo de genere eius cum enim oratio diuidatur in pfectam et impfectam: videtur q oratio pfecta debeat poni in diffinitione eius tanq genus eius proximum. Et dicēdum q apud logicum nō est alia oratio nisi pfecta. supponit enim pfectum et cōgruum et ideo per orōnem intelligitur perfecta oratio quo ad logicum. ¶ Deinde dubitaret forte aliqs de differētijs eius. videtur enim q male diffiniatur per affirmatiuū et negatiuū: tum quia ulterius non diffinitur suum superius sed ecōuerso tum quia sunt differētie diuidētes ipsum igitur non diffiniūt sed magis ecōuerso. affirmatiuum autem et negatiuū sunt differētie diuidentes propositionem et inferiore ipsa. ¶ Et dicēdum q iste differentie propositionis cadunt in eius diffinitione sub disiunctione ad circūloquendum differētiam eēntialem propositiōis et cōpletiuam. Unde iis est sensus oratio signa uel predicatiua alicuius de aliquo: sic autem ponere inferiorem in definitione superioris non est incōueniens. ponere tamen inferius in ratione qua inferius est: est icōueniēs. Uel dicēdum q per has differētias per quas diffinit simul diffiniat et diuidat. ¶ Adhuc forte dubitaret aliqs quare magis ponuntur hee differentie affirmatiuū et negatiuum ad circūloquendū differētiam talem q̄ alie differentie diuidētes propositionem que sub disiunctione accepte cum propositione conuertuntur. Et dicendum q hoc est quia hic diffinit propositionē ßm q est sillistica sicut patet in textu. Sills autem maxime diuersificatur penes has differētias affirmatiuum negatiuum. ¶ Sed tunc dubitatur quia maior diuersitas est silli penes has differentias propositionis vniuersale particulare. ßm ergo hāc rationem debuit per istas differētias cōpleuisse propositiōis diffinitionem. Et dicēdū q lz sill'us diuersificetur ßm modum per vniuersalem et particularē sicut per affirmatiuum et negatiuū tamen eēntialiores sunt propositioni affirmatio et negatio q̄ vniuersalitas et particularitas. et ideo sua diffinitio magis completur per istas differentias affirmatiuū et negatiuum q̄ per reliquas. ¶ Deinde queritur quare aliter differt h propositio q̄ in thopicis Boetij et q̄ enūciatio in li° piar^as cum sint idē ßm rem. Et dicēdū q differūt propositio et enūciatio ut dicit Boe° enūciatio tm̄ propter se profertur. et primo enūciat quod est

in aia z ideo diffinit per uey z falsuz que sunt in anima. sed propositio est alterius gfa. s. conclusionis sed hec pōt esse dupliciter sm duplex esse silli cum videt. aut enim est silli in terminis significatiuis z eius propō est eadē subiecto cum enūciatione sed differēs in modo z ideo sigt uerū uel falsum z sic diffinit per uerū z falsum in thop. Boecy. aut est sills in terminis abstrahentibus a mā de quo h determinat Arz. z huic respōdet propositio in terminis abstrahētibus z h differt ab enūciatione sicut pz. z hāc diffinit Arz. hic. ¶ Cōnter forte dubitat de diuisione propositionis videt enim diminuta pter omissionem propōnis singularis. Et dicēdum q singulare nihil aliud est q particulare cōtractū. vnde per propositionem pticularem dat intelligere illam que est cum signo particulari z pticularē otractā que singularis est. ¶ Adhuc forte dubitabit aliqs cū multiformis sit diuisio ppōnis sbi gfa. per uerū z falsū per vnā z plures per simplicē z cōpositā per modalē z de inesse solam diuisionez ponit per ulem pticularem indefinitā. ¶ Et dicēdū q intendit de propōne sm q sillistica io solū ponit differentias sm quas maxie cōstit silli diuersitas. penes aūt istas diuas affirmatiuū z negatiuuz z penes istas ule pticulare z indefinitū maxime cōsistit diuersitas sm modum: z ideo tm istas diuas ponit: priores in diffinitiōe: posteriores diuas in diuisione. Iste aūt diuie uerum z falsum vns plures simplex z cōpositū non faciūt diuersitatem in modis illoz nec iste modalis de inec nisi sm maz tm z ideo diuisionē propōnis per istas diuas non tāgit. ¶ Adhuc dubitaret forte aliqs cum indefinita z pticularis propositio cōuertant utraqz etiam se quat ad ulem qualiter diuidant per opposita. ¶ Et dicēdum q aliud est cōsiderare pticularē propōnem sub ista intētione pticulare: z aliud id qd est pticulare sm rem: similiter est diuersimode cōsiderare indefinitā z ulem: z penes pmam ↄsideratione ad inuicem diuidunt z inuicem sic opponunt. vle enī nō est pticulare nec indefinitū nec pticulare indefinitū. Scdm aūt scdam cōsiderationē non opponunt nec ad inuicem diuidunt: īmo magis idem sunt sm rē res ulis z pticularis z infinite. ¶ Adhuc dubitat cum indefinita dicat per puationē tam ulis q pticularis ut dicit in littera qre magis cōuerit cum pticulari q cum uli. Et dicēdum q indefinita dicit per puationem utriusqz signi z cōuerit cum pticulari eo q nō supponit multitudinez suppositoz sub pdicato sicut nec pticularis. ulis aūt supponit multitudinem suppositoz sub pdicato. ¶ Adhuc forte dubitabit aliqs cuz ars imitet nām ut d z 2° phicoz in natura aūt nihil est infinitū ut accipit in 3° phicorum quomō est in arte aliqd infinitū sicut propositio indefinita. ¶ Et dicēdum q infinitū pōt dicere puationez finis z sic nihil est infinituz in arte sicut nec in natura. uel pōt dicere priuationē certitudinis z sic est aliqd infinituz in arte sicut propositio indefinita que sic noiat q caret certitudine ulis determinationis z pticularis. ¶ Cōsequēter dubitat de uerificatione diffinitiōis dicit enim q demōstratiua propositio sumit z nō interrogat. dia^ca autez ecōuerso: querit huius causa. Et dicēdū q q demōstrator pcedit ex ueris non curat de cōsensu rñdentis. z propterea demōstrator nō interrogat ad hñdum cōsensum rñdentis sed sumit. dia^ca aūt prius interrogat ut fiat ei cōsensus quo habito postea in sillogiçando sumit. ¶ Adhuc dubitat de minore propōne argumenti que dicit q ois propositio sillogistica simplr est dia^ca uel demratiua. h videt esse falsum cū sit ppositio dia^ca lingiosa z tentatiua que ēt sūt sillistice. ¶ Et dicēdū q sub dia^ca propositione cōprehēdit tam lingiosam q tētatiuam z alias cōsimiles eo q vnaquaqz illarū interrogatio est sicut propositio dia^ca z nulla illarum sumptio est z h sigt in fine huius partis ubi apit modos propōnis dia^ce. h enim facit propter minoris uerificationē ut patet q ipse accipit ulr dia^cam ad dia^cam bene se habentem z prave. ¶ Adhuc posset dubitari de hoc q dicit propositionem demōstratiuam esse que per primas z ueras sumitur z de hoc q dicit propositionem dialecticam esse sumptionem alicuius apparentis: sed hoc solutum est in expōne litere.

t Erminū vo voco in quē resoluit ppō ut pdicatū z de quo predicat aut appoito aut separato eē ul nō eē.

¶ Cōsequēter determinat de termino significās eius diffinitionem per hoc q dicit ipm eē in quem resoluit propositio: z diuisionē per hoc q dicit terminoz alterum eē qui pdicat z alteruz qui subycit: apposito esse. i. affirmatione facta per uerbū affirmatiuū uel diuiso. i. diuisione facta per uerbum negatiuū z h est [terminū vo voco.] ¶ Hic posset queri de ordine ptis huius ad precedentē: sed solutū est in dicēdo sentētiam litere precedētis: q̄zuis enim illud qd est terminus simplr prius sit q propositio z ita naturaliter prius sit tū in rōne qua terminus est posterius. ¶ Sed querit quare magis dicit terminum uoco q terminus est cuz h uerbum est sit propriū uerbum diffinitionibus. ¶ Et dicēdum q h est q terminus nō est in propositione nisi metha^ce. in ↄtinuis autem prope est terminus vnde dicit tm uoco. q. d. cū in cōtinuis proprie sit terminus ego uoco hic terminum in quem zc. ¶ Adhuc dubitat cum similiter resoluat sillis in propositionem sicut propositio in terminū quare magis diffiniat terminus per hoc q in ipsum resoluit propositio q propositio per hoc q in ipsam resoluat sillis. Et dicēdum q h est q complete est resolutio ad terminū z nō est completa resolutio ad propositionē stat enim resolutio ad terminum z nō ad propositionem. ¶ Adhuc forte dubitabit aliqs qre diffinit terminus per propositionē cuz propositio sit posterior termino. sed id qd prius est non debet diffiniri per posterius. Et dicēdum q si taliter est de primis pncipijs in aliquo genere: z de cōsequētibus s ipsa cōsequētia enim ad ipsa hñt diffiniri per pora. Prima autez per pora simpliciter diffiniri non possunt: sed per posteriora. que quo ad nos priora sunt: uel possut diffiniri per priuationem: sicut diffinit pūctus qui est pncipium in magnitudine. diffinit enim pūctus cuius pars non est. Terminus igit cum sit primuz pncipium in suo genere per prius simpliciter diffiniri nō pōt: z ideo per propositionē diffinit que posterior est simplr. ¶ Deinde dubitat de diuisione termini. s. quare potius diuidit ipsum per subiectū z predicatum q per nomē z uerbum z dicēdum q h est q nomen z uerbum sunt proprie partes enūciationis. subiectū vo z ptuz propositionis z hoc patet ex predictis quomō sit. ¶ Adhuc dubitat de diuisione termini. si enī qdam terminoz est predicatū: quidam vo de quo predicat apposito esse uel nō eē sicut ipse dicit in litera igit h ipsum esse nō pdicat sed est appositum subiecto z predicato. ¶ Adhuc videt idem sicut in sillo prime figure idem pdicat in minori qd subycit in maiori sed esse in maiori nec est subiectuz nec pars subiecti: ergo nec erit pdicatū minoris nec pars predicati. ¶ Oppositum tamē videt sic: cum dicit hoc est aliqd subijcit aliqd pdicat sed non predicat aliqd nisi hoc uerbuz est. ¶ Item qd de altero affirmat uel negat est predicatum h ipsuz esse est tale ergo zc. ¶ Adhuc in libro periermenias dicit q est predicat sm adiacēs: idem etiam dicit in hoc li°. ergo hoc uerbum eē predicatū est: z nō solum ligamētum predicati ad subiectum. ¶ Adhuc sicut dicit Arz. in 8° pme phie eē qd pdicat forma est eius de quo predicat. sed inter materiā z formam non cadit medium sed seipsis iungunt ad inuicem: ergo inter subiectum z predicatū non cadit medium sed seipsis iunguntur ergo hoc vbū est nō erit medium iter pdicatū z sbm sed erit ipm pdicatum. Rōnes ultimas cōcedendū e

¶ Ad obiecta dicendũ ad p̄mũ sic. q: cuz dicit Arist. q terminoꝝ alius est fm̄ appositũ eẽ uel nõ eẽ nõ intẽdit nisi q̄ affirmat̄ predicatũ ul negat̄ sicut patet in expõne lr̄e. ¶ Ad secundũ dicendũ q̄ p̄dicatũ dupliciter põt dici. s. totũ id q̄ dicit̄ de altero ꝛ sic nunq̄ꝫ excludit̄ esse a predicato: uel põt dici id q̄ ipsuz esse specificat̄ m̄: ꝛ sic accipit̄ cum dicit̄ q̄ in sillogismis p̄me figure fõe subijciuntur in prima q̄ p̄dicatur in secunda. ꝛ talis modus loquendi de predicato propter prauos primo processit in usum: semper tamen fm̄ ueritatem predicatur uerbuz.

Sillogismus est oro in qua positis quibusdã aliud qdã ex necessitate cõtingit eo q̄ hec sunt. Dico autẽ eo q̄ hec sunt, ꝓpter hoc ꝯtingẽ. ꝓpter hoc ꝟo ꝯtingere nullius extrinsecus termini indigere: ut fiat necessarium.

ſicut maior: vñ lȝ maior cū reſpiciat minorē de ꝯtingēti ne ceſſario hēat iſtā ſīctionē oē qđ ꝯtigit ⁊c. nō tñ opȝ mīo rē hr̄e eādē acceptionē cū nullā ꝓpōm reſpiciat tanq̄ ſb ſe ſumēdā q̄re cū mīor de ꝯtingēti uīls duplicē hēat ſīcti onē q̄cūq; illarū exn̄te uera potent mīor eē uera. Et hoc ꝯcedēdū eſt vñ ꝓpō mīor eſt uera in iſta ꝯiōne ꝑ q̄cūq; intētōe īueniat uera maior. ❡ Ad oppōm dō. ꝙ ꝑ ꝑ h nō diuiſificabit ꝯugēs nec equocabit q̄uis mīor: viatez hēat ꝓ vna ſīctōe iā dicta ⁊ maior ꝑ alia. ❡ Cōnter forte dubitabit de eo qđ dic̄ h eē ſill'm impfcuū cū mīor: uel utraq; negatiua eſt. ꝑma enī figura cū ſit ꝑ ꝯuerſam ſe ctā nō videt̄ hr̄e modos impfectos. Adhuc modi ꝑme figure regulāt̄ per dici de oī ⁊ de nullo: adhuc tales mo di nō ſūt impfcū ſ̄m figurā cū ſiāt ſ̄ʒ ꝑmā figurā: nec ſ̄ʒ modū ut videt̄ eadē rōne: nec ſ̄m nec̄itatē illatōis ut cō ſtat cū ſint ꝯiugōnes utiles: nec ſ̄m euidētiā nec̄itatis cū ꝑª figura q̄ātū ad illā pfctā ſit. Et dicēdū ꝙ tales mōi im pfecti ſūt q̄ātū ad modū: q: nō eſt modi pfectio in ꝑª figu ra niſi minor ſit affirmatiua ſicͥ pȝ ꝑ dici de oī ⁊ de nullo: ſūt ēt impfecti q̄ātū ad euidētiā neceſſitatis eadē rōne ⁊ nō regulātur ꝑ dici de oī ⁊ de nullo: q: rō tā eiꝰ qđ eſt di ci de oī q̄ʒ eiꝰ qđ eſt dici de nullo vult minore accipi affir matiuā. pȝ igit̄ ꝙ nō opȝ ꝑmā figurā ubiq; pfectam eſſe q̄ātū ad oēs modos niſi ſolū ubi oēs modi eiꝰ regulant̄ ꝑ dici de oī ⁊ de nllo. ex his pȝ rñſio ad oppoſita. ❡ Ad huc forte dubitabit aliqs de terminis poſitis ad ꝯiūctio nē īutilē accipit enī ibi talē ꝓpōnē ꝯingit aliqđ albū eē aīal que ponit albū pro medio. q̄rit̄ ḡ aut albū ſupponit pro iſ̄ba que eſt aīal ul' que nō eſt aīal. Si ꝑ° erit de ne c̄io. ſi 2° de ipoſſibili ⁊ ita nllo° de ꝯtigēti. Et dōʒ ꝙ ac cipit̄ albū pro iſ̄bā alba q̄ eſt aīal nō tñ eſt ꝓpō de nec̄io. q̄uis enī oīs hō ſit aīal de nec̄itate tñ ꝯtigit oēʒ hoīeʒ al bū eē aīal ⁊ nō eſt hoc nec̄iū: ⁊ ꝙ hic ſit ꝑticulāris ut ꝯtigit aliqđ albū eē aīal de ꝯtigēti: pȝ ꝑ ꝯuerſionē uīls de ꝯtin gēti que ꝯuertit̄ in ꝑticulārē de ꝯtigēti. Sȝ tūc dubᵗ vᵗ: enī ꝙ male accipiat termios: q: ſicͥ dictū eſt in hac ꝯiōne nō accipit̄ ꝓpō de ꝯtigēti ita ꝙ iſ̄bm ſit terminꝰ accitalˀ ⁊ ꝑ dicatū iſ̄bal. Et dōm ꝙ uīls uera nō pōt accipi ſic ſȝ ꝑticu laris pōt. ❡ Ulrīo forte q̄ret̄ ſoſſicientia modoꝝ huiꝰ ꝯiōnis. ⁊ dō. ꝙ tñ ſupponēdū eſt maiorē eē uīlem ⁊ pa tebit. xvj. eē ꝯiugōnes ſed octo eē utiles ⁊ octo īutiles. Sȝ tūc querit̄ q̄re nō opȝ minorē ſupponē eē affirmati uā hic ſicͥ ꝑus ⁊ ꝙ nō ſillo ie'ʳ ex negatiuis ⁊ dicēdū ꝙ h eſt q: negatiua de ꝯtingēti cū affirmatiā ꝯuertit̄ ⁊ iō nō pōt mīor in ꝑª figura eē negatiua nec ex utraq; negatiua fieri ſill'r q̄re neḡ de qua affirmatiua eſt ſ̄m rem.

Si aūt h qdē īeē illa vō ꝓpōnū cō tīge ſumat. Qn̄q; ad maiorē qdē extremitatē ꝯtigē ſignificauit. pfci erūt oēs ſilli. ⁊ ꝯtigētes ſ̄m dictā determi nationē. Qn̄ vō que ad mīorē ⁊ impfecti oēs ⁊ ꝑuatiui ſilli nō ꝯtigētis ſ̄m dictā de termiationē. Sed eiꝰ qđ eſt nulli aut nō oī ex nec̄itate: ſi enī nulli aut nō oī ex nec̄ita te: ꝯtigē dicimꝰ ⁊ nulli ⁊ nō oī ineē.

❡ Hic īcēdit de mixta ꝯiōne ſilloꝝ de ꝯtingēti in ꝑª figª ⁊ diuidit̄ in duas. in ꝑª determiat mixtionē ꝯtigētis ⁊ de ieē. in 2ª mixtionē ꝯtigētis ⁊ nec̄ij ibi ❨qn̄ aūt h qdē ꝓ pōm.❩ ꝑª in duas. in ꝑª dat regulā ſ̄m quā ꝓcedūt oēs ꝯiugōnes huiꝰ mixtiōis. in 2ª cū dic̄ ❨ꝯtigit enī. a.❩ ꝓſe quit̄ ipas ꝯiugōnes. ꝑª cōtiet duas regulas q̄rū ꝑª ſiſi cat cōiugōnes pfectas 2ª impfectas. ꝑª talis ſi altera ꝓ pōnū fuerit de ineē ⁊ altera de cōtingēti maior aūt fuerit de cōtingēti ⁊ mīor affirmatiua de ieē erit ſill's pfectꝰ cō cludēs cōclōnē de cōtingēti ad utrūlibet ⁊ h eſt ❨ſi autē

hoc.❩ 2ª talis ſi maior fuerit de ieē ⁊ mīor de cōtigēti erit ſill's impfectꝰ. mīor vō talis diſpōnis nō cōcludet cōtin gēs ad utrūlibet ſȝ cōtingēs pro poſſibili cōcluderet. cō cluderet enī cōtigē nō eē qđ cōuertit̄ ei qđ eſt nec̄e h ut tē eſt cōtingēs eē ⁊ eadēs ſp nō eē tñ ꝓut ſumit̄ in 2° or dīe modaliū ⁊ ſȝ illud dicat de modis nec̄ijs ſciēdum tñ ꝙ ſeqt̄ eſt de affirmatiuis ubi mīor eſt de cōtingēti ſicut patebit per ſequētia ⁊ h eſt ❨qn̄ aūt que.❩

❡ Cōtīgit ergo. a. oī. b. b. aūt oī. c. ponat̄ in eē. Qn̄ igit̄ ſub. b. eſt. c. a. aūt ꝯtigit oī. b. Manifeſtū eſt qm̄ ⁊. c. oī ꝯtiget ſit aūt pfe ctꝰ ſill's. Sil'r aūt ⁊ cū ꝑuatia ſit. a. b. ꝓpō. b. c. aūt affirmatiua ⁊ hec qdē ꝯtingē. illa vō ineē ſumat̄: pfectꝰ erit ſill's qm̄. a. ꝯtin git nulli. c. ieē. qm̄ ergo ieē poſito ad mio rē extremitatē: pfci ſūt ſilli manifeſtū eſt.

❡ Cōnter determiat ꝯiugōnes ⁊ ꝑ° uīles 2° ꝑticulares cū dic̄ ❨ſi aūt h qdē ꝓpōm.❩ adhͨ utrūʒ. ꝑ° ponit uīles 2° ī utiles cū dic̄ ❨ſi aūt nō ieē ponat̄❩ adhuc utrūʒ ꝑ° ponit pfectas 2° determiat impfectas ibi 2ª cōtingit ergo: pfe ctas aūt ponit duas q̄rū vna cōſtat ex affirmatiis maiore de cōtingēti: ⁊ pficē ꝑ dici de oī in cōclōnibꝰ ſ̄m iſtā ac ceptionē oē qđ eſt. b. cōtingit eē. a. 2ª hēt maiorē negati uā de cōtingēti ⁊ mīorē affirmatiuā de ieē ⁊ pficit̄ ꝑ dici de nullo ſ̄m iſtā acceptionē ⁊ h eſt ❨cōtingit ergo.❩

❡ Qđ aūt ꝯrio ſe hn̄tes erūt ſilli per ipoſſi bile mōſtrādū. Sil'r aūt erit manifeſtū qm̄ impfecti. Nā oſtēſio nō erit ex ſumptis ꝓ pōnibꝰ. Primū aūt oſtēdēdū: ſi cū eſt. a. nec̄e eſt eē. b. ⁊ cū ſit poſſibile eē. a. poſſibi le erit eē. b. ex nec̄itate. Si enī ex ſic ſe hn̄ti bus termis in quo qdē. a. poſſibile: in quo qdē. b. ipoſſibile. Si ergo vnū eſt poſſibile qn̄ eſt poſſibile fiet. Si aūt alterū ipoſſibi le qn̄ ipoſſibile nō fiet. Simul aūt ſi. a. poſ ſibile: ⁊. b. ipoſſibile ꝯtiget. a. fieri ꝑter. b. ſi aūt fieri: ⁊ eē: nā qđ ſit qn̄ factuȝ fuerit eſt. Oportet aūt nō ſolū ſumē in gnatione poſ ſibile ⁊ ipoſſibile: ſed in hoc qđ uerū eſt eē ⁊ in hoc qđ actu eſt: ⁊ q̄cūq; in ō aliter di cat̄ poſſibile: in oibꝰ enī ſil'r ſe hēbit. Am plius aūt cū eſt. a. b. eē. Non qm̄ vno aliq̄ exn̄te. a. erit. b. oportet opiari. Nihil enim eſt ex nec̄itate vno aliq̄ exn̄te: ſed duobus ad minus: ut qn̄ ꝓpōnes ſic ſe hn̄t ut dcm̄ eſt ad ſill'm. Nā ſi. c. de. d. d. autē de. f. ⁊. c de. f. ex nec̄itate. ⁊ ſi poſſibile utrūq; ⁊ cō cluſio erit poſſibilis. Queadmodū igit̄ ſi q̄s ponat. a. qdē ꝓpōnes. b. aūt ꝯclōnem accidet nō ſolū ſi. a. ſit nec̄iū ⁊. b. nec̄ium. ſed ex poſſibili poſſibile. Hoc aūt oſtenſo manifeſtū eſt qm̄ falſo poſito ⁊ nō ipoſſi bili ⁊ qđ accedit ꝑꝑ poſitōes falſum erit: ⁊ nō ipoſſibile: ut ſi. a. qdē falſum ſit nō tñ ipoſſibile. cū aūt ſit. a. eſt. b. ⁊. b. erit falſuȝ

nō tñ ipossibile. Qm̄ eni ostēsum est si cuz est.a.est.b.⁊ cū sit possibile esse.a.possibile erit eē.b.positū est aūt.a.possibile eē ⁊.b. erit possibile. Si enim ipossibile.simul idē erit possibile ⁊ ipossibile.

¶ Cōsequēter determinat cōiugōnes utiles sed imperfectas ⁊ diuidit in duas.in pma pmittit quedā necessaria ad eoꝝ pfectionē.in scd̄a cū dicit [determinatis autem his] ipsas ponit ⁊ pficit.in pma sic procedit.pᵒ dicit ꝙ maiore exñte de ineē ⁊ minore de cōtingēti erūt pfecte cōiugōnes per reductionē ad ipossibile:ex quo cōtingit tales cōiugōnes impfectas eē:qꝛ nō pficiunt ex suis pncipijs sed ex qbusdā assumptis ⁊ h̄ est [qm̄ aūt ꝯrte.] scd̄o determinat quoddā pn̄ᵐ quo utit ad pfectionem sequētiū cōiugōnū.s.illud posito possibili qd̄ accidit pp̄ h̄ nō est impossibile ⁊ h̄ ostēdit demōstrādo ꝙ si añs est possibile ⁊ ꝯñs est possibile ⁊ h̄ est idē cū ꝓposito:habet aūt h̄ ps tres.pᵒ eni ostēdit itētū.2ᵒ ibi h̄ remouet dubitationē.3ᵒ cōcludit correlariū.ostēdit ḡ ꝓpositū sic si.s añs.b.ꝯñs sequit.ḡ si est.a.b.est:⁊ cuz est.a.possibile.b. est possibile.qꝛ si nō stabit oppoitū ⁊ erit tūc sic.a.possibile ⁊.b.ipossibile.sed si.a.est possibile fieri:si.b.ipossibile nō fiet.q̄re.a.aliqñ fiet pter.b.⁊.a.aliqñ est pter.b.cuius oppositū sumptū est pᵒ ḡ ponit hāc ostēsionē ⁊ h̄ est [pᵒ ḡ ostēdēdū.] scd̄o mutat eᵒ potētiā dicēs ꝙ extēdit se tā ad possibile añ actū ꝙ̄ ad illud qd̄ est cū actu ostēdendo sil̄r de oī possibili ꝙ si añs est possibile ⁊ ꝯñs ⁊ h̄ est [opꝫ aūt accipi ⁊c̄.] 3ᵒ iter remouet dubitationē qꝛ enim tā accepit pro añte ꝙ qdē.a.ē vnū posset aliqs credē ꝙ per.a nō intēdat nisi aliqd sicut vnū tm̄ uel vnam ꝓpōm h̄ remouet dicēs ꝙ ex vno nihil seqtur ex necessitate vn̄ per.s.itelligit duas ꝓpōnes dispositas sm̄ modū ⁊ figuram que sunt añs respectu vniᵒ cōc̄lōnis ⁊ ita cum utraqꝫ sit possibilis ⁊ cōc̄lō est possibilis sicut cū utraqꝫ est necessaria ⁊ ꝯc̄lō erit necessaria ⁊ h̄ est [amplᵒ cū est.a.] 3ᵒ iter ꝯcludit corᵐ ex dictis.s.ꝙ posito falso possibili nihil seqtur ex hoc impossibilis ⁊ h̄ declarat ꝙ si.a.sit falsum ⁊ possibile si ponat ineē seqtur ꝙ.b.sic qdē poterit esse falsum sed nō ipossibile:qꝛ cū.a.sit possibile ⁊.b.erit possibile ut dictū est idem si nō accidit idem esse possibile ⁊ impossibile ⁊ h̄ est. [h̄ autem ostensio.]

¶ Determinatis aūt his sit.a.oī.b:b.aūt cōtigit oī.c. Nec̄e est ergo.a.ꝯtigē oī.c.ineē nō eni ꝯtigat.b.aūt oī.c.ponat ineē:h̄ aūt fsm qdē nō tm̄ ipossibile. Si ergo.a.qdem nō ꝯtigit oī.c:b.aūt iest oī.c:a.nō oī.b.ꝯtigit.fit eni ꝑ tertiā figurā sillꝫ.h̄ positū erat oī ieē. Nec̄e est ergo.a.oī.c.ꝯtigē ineē.falso enīz posito ⁊ nō ipossibili:qd̄ accidit nō est ipossibile. Est aūt per pmā figurā facē sillm̄ ponētes.b.ineē. Nā si.b.oī.c.iest.a. aūt oī.b.⁊ oī.c.ꝯtingit.a. Sed positū erat non omni inesse.

¶ Cōsequēter determinat ꝯiugōnes impfectas ⁊ pficit:⁊ diuiditur in duas.in pma determinat illas que hñt minorē affirmatiuam.in 2ᵒ illas que habent minorem negatiuam cum dicit [si aūt p̄uatiuū.] ⁊ est in oībᵒ minor de cōtingēti ⁊ maior de ineē.pᵃ in duas.in pᵃ determiat ꝯiugōnes que sūt ex affirmatiuis.in 2ᵃ cū dicit [rursum sit p̄uatiuū.] illā que hēt maiorē negatiuā.pᵃ in duas.in pᵃ determinat ꝯiugōnes ⁊ pficit.in 2ᵃ cū dicit [opꝫ aūt accipe] docet quō accipiēda est maior de ineē.pcedit ḡ sic.pᵒ ponit ꝯiugōnes ex utrisqꝫ affirmatiuis maiore de ineē ⁊ minore de ꝯtingēti cuiᵒ utilitatē ostēdit ꝑ deductionē ad ipossibile ex opposito eni ꝯc̄lōnis ⁊ minore posita in eē ꝯcludet oppoᵐ maioris ꝑ mixtionē necessarij ⁊ ineē in qnto tertie maiore exñte ꝑticulari de necio ⁊ minore uli de ineē ⁊ h̄ est [determinatis aūt.] 2ᵒ pficit adhᶜ eādē ꝯiugōnē ꝑ pōnē minoris ineē ex utrisqꝫ eni de ineē ꝯcludit ꝑ pmā figurā ⁊ modū ꝯc̄lō de ineē ex quo ulteriᵒ seqꝫ ꝯc̄lō de ꝯtigēti q̄ itēdit ⁊ h̄ est. [est aūt ⁊ ꝑ pᵃᵐ]

¶ Oportet aūt accipe oī ieē nō sm̄ tp̄s determinātes ut nūc:aut in hoc tpe:ꝫ simplr per huiusmodi eni ꝓpōnes ⁊ sillos facimus.qm̄ sm̄ nūc sūptā ꝓpōnē nō erit sills Nihil eni fortasse qnqꝫ ꝓhibet ⁊ oī moto hoiem ieē:⁊ si nihil aliud inoueat. Motᵒ aūt ꝯtigit oī eq.ꝫ hō nulli eq ꝯtigit. Amplius sit pmū qdē aial.mediū aūt moueri postremū ūo hō.ergo ꝓpōnes qdēꝫ silr se hēbūt.ꝯc̄lō aūt erit necia nō ꝯtigēs.ex necītate enīz hō aial. Manifestū ē igit qm̄ ulē sumēdū simplr:⁊ nō tpe determiato.

¶ Cōsequēter docet quō accipiēda est maior de ieē dicēs ꝙ nō dꝫ eē de ieē ut nūc ⁊ sm̄ tp̄s determiatū sꝫ de ineē simplr qd̄ ostēdit manifestās ꝙ maiore exñte de ineē ut nūc poterit stare ꝯc̄lō affirmatiua de necio q̄re nō seqꝫ alia negatiua poterit ēt stare negatiua de necio q̄re non seqꝫ alia affirmatiua ⁊ ita maiore exñte de ieē ut nūc nulla negatiua seqꝫ ꝯc̄lō termini quos ponit patent in lra ⁊ h̄ est. [opꝫ autem accipere.]

¶ Rursus sit p̄uatiua ꝓpō ulis.a.b.⁊ sumat.a.qdē nulli.b.ineē.b.aūt ꝯtigat oī.c.ieē.his igit positis nec̄e est.a.nulli.c.ꝯtigē ineē. Nō eni ꝯtigat.b.aūt ponat ineē.c.sic pus nec̄e igit est.a.alicui.b.ieē.fit eni sills per tertiā figurā.hoc aūt ipossibile. Quare.a.ꝯtinget nulli.c.posito eni falso ipossibile est qd̄ accidit.

¶ Cōsequēter determiat ꝯiugōnes ubi maior est negatiua ⁊ diuidit i duas.in pᵃ pficit eā.i 2ᵃ determiat cuiusmodi ꝯtīgēs cōcludat ibi.2ᵃ hic igit sills:pficit ḡ ꝯiugōnem istā per reductionē ad ipossibile.ex opposito eni ꝯc̄lōnis ⁊ miore posita i eē cōcludit oppositū maioris in tertio 3ᵉ ubi maior est ꝑticularis de necio ⁊ minor ulis de ineē ⁊ h̄ est. [rursum sit p̄uatiua.]

¶ Hic igit sills nō est eiᵒ qd̄ determiatū est eē ꝯtigēs:ꝫ nulli ieē ex necītate:hec eni est ꝯdictio facte ipothesis. Positū eni est ex necītate.a.alicui.c.ieē. Sills aūt per ipossibile est opposite ꝯdictiōis. Amplᵒ autē ⁊ ex termis manifestū:qm̄ nō erit ꝯc̄lō ꝯtingēs. Sit eni coruus in quo.a:b.itelligēs in quo.c.hō: Nulli ergo.b.iest.a.nā nullū intelligēs coruus.b.aūt ꝯtigit oī.c.oī eni hoi iest itelligē.ꝫ.a.ex necītate nulli.c.nō ergo ꝯclusio ꝯtingens:sed neqꝫ necia semp.sit enim.a.quidē motus.b.aūt sciētia.in quo aūt.c.hō.ergo.a.quidē nulli.b.inerit.b.aūt oī.c.ꝯtingit:⁊ nō erit ꝯclusio necia.nō eni

ncĉe est nullũ hoiem mouere: ꝟ nõ ncĉe ẽ aliquẽ. manifestũ igr̃ qm̃ ɔclõ ẽ eiꝰ qd̃ ẽ nõ ex necẽitate ieẽ. sumẽdũ est aũt meliꝰ tios.

Scḋo determiat cuiusmodi ɔtinges cõcludit ꝟ ɔiugõnẽ oñdẽs qd̃ ɔcludit ɔtingẽs pro possibili qd̃ est cõe ad necessariũ τ nõ necessariũ τ cui opponit solũ ĩpossibile: τ hoc ostẽdit per duas rõnes quarũ ꝑma est talis. cõtingẽs in ista ɔiugõne cõclusum est ꝟm ꝙ accipit eius oppositũ in sillõ ad ĩpossibile sed ibi accipit oppositũ ɔtingẽtis pro possibili τ nõ ɔtingẽtis ad utrũlibet ergo dicta ɔiugõ cõcludit cõtingẽs pro possibili τ nõ ad utrũlibet. huius rõnis ꝑmo ponit ɔclõnem τ ꝟ est ⌊ hic ergo sills ⌋ 2° ponit miorẽ τ declarat: ponit τ ꝟ est ⌊ ꝟ eni est ɔdcã ⌋ declarat τ ꝟ est ⌊ positũ est enim. ⌋ 3° ponit maiorẽ τ ꝟ ẽ. ⌊ sills aũt per ĩpossibile. ⌋ 2ª rõ talis manẽte ista ɔiugõe aliqñ ꝑmũ ex necessitate ĩest postremo: aliqñ aũt ɔtigit ĩeẽ dico ad utralibet: quare semp sequat in ea ɔclõ de cõtingẽti cõi ad nec̃ium τ ad utrũlibet semp ɔcludet ɔtingẽs cõe τ ꝟ est ɔtingẽs pro possibili. huiꝰ rõnis ꝑᵒ determiat añs 2° ĩfert ɔñs. circa añs sic ꝓcedit. ꝑᵒ manifestat ĩ termis ꝙ aliqñ ꝑmũ ĩnest postremo ex necessitate ut ꝟ nullus ĩelligẽs est coruus ɔtingit oẽm hoiem ĩtelligere dico in actu τ nõ hitudialiter ergo ɔtingit nullũ hoiem eẽ coruũ q: ꝟ nec̃ium est τ ꝟ est ⌊ amplius ex terminis ⌋ 2° manifestat ꝙ aliqñ ꝑmũ cõtingit postremo ĩeẽ τ nõ ĩeẽ τ ꝟ in termis sic nullũ sciẽs est mouẽs cõtingit omnẽ hoiem eẽ sciẽtẽ ergo cõtingit nullũ hoiem eẽ mouẽtẽ τ ꝟ est de cõtingẽti ad utrũlibet q: cõtingit oẽm hoiem eẽ mouẽtẽ τ ꝟ est ⌊ sed nõ nec̃ium ⌋ ostẽso añte ɔñter cõcludit ɔñs. s. ꝙ in tali ɔiugõne cõcludit ɔñs pro possibili τ ꝟ est ⌊ manifestũ igit ⌋ τ patet ɔñsa cũ enĩ supius in pfectione ɔiugõnis ostẽdat in ea seq ɔclõ de cõtingẽti: nũc aũt ostẽsum est ꝙ cõclõ aliqñ est de ɔtingẽti pro necessrio aliqñ pro nõ necẽio patet ꝙ cõclõ de cõtingẽti que sequit cõis est ad nec̃ium τ nõ nec̃iũ ꝟ aũt nõ est nisi cõtingẽs pro possibili τ ita sequit cõclõ de cõtingẽti ꝓ possibili: ɔñter q: in ultimis terminis fuit maior sumpta de ĩneẽ ut nũc: uel opꝫ mediũ diũsificari per ɔcretũ τ abstractũ dicit ꝙ sumẽdus est melius terminus ita. s. ꝙ maior sit de ĩneẽ simplr̃ sine terminoꝝ diũsificatiõe τ ꝟ est ⌊ sumẽduꝫ aũt medius. ⌋ Silr̃ aũt cõpetẽter sic nullũ sedẽs est ambulãs ɔtingit oẽm hoiem sedẽ. ergo ɔtigit nullũ hoiem ambulare.

Si aũt ꝓuatiuũ qdẽ ponat ad maiorẽ extremitatẽ ɔtingẽ significãs: ex huiusmodi sumptis ꝓpõnibus nullus erit sills ɔuersa aũt ꝟm ɔtingẽs ꝓpõne erit: quẽadmodũ in ꝑoribus. Sit enim. a. oi. b. b. aũt ɔtigit nulli. c. sic ergo se hñtibus terminis nõ erit nec̃ium. Si ergo ɔuertat. b. c. τ sumat b. ɔtingere oi. c. fiet sills quẽadmodũ τ ꝑus. Silr̃ enim se habebũt termini positione. eodẽ aũt modo cũ ꝓuatiue sint utreqꝫ ꝓpões. Si. a. b. qdẽ nõ ĩneẽ. b. c. aũt non ɔtingẽ significet: ꝓp huiusmodi qdẽ assũptiones nõ fit nec̃ium. Cõuersa aũt ꝟꝫ cõtingẽs ꝓpõne erit sills. Sumat enim. a. qdẽ nulli. b. ĩeẽ. b. aũt ɔtigit nulli. c. ꝓp hoc enim nihil nec̃ium. Si autẽ sumat. b. oi. c. ɔtingere: qd̃ enim est. a. b. autẽ ꝓpõ silr̃ se habeat: rursum idẽ erit sillogismus.

Cõñter determiat ɔiugõnes utiles ĩpfectas ubi mior est negatiua de ɔtingẽti τ ꝓcedit sic. ꝑᵒ dat regulã ꝟꝫ quã ꝓcedit dicẽs ꝙ si mior sit negatiua de ɔtingẽti maior autẽ affirmatiua de ĩeẽ uel negatiua de ĩeẽ nõ est sillus eui dẽs sed ꝑfici oꝫ per ɔuersionẽ miorĩs per oppositas q̃litates τ deinde per reductionẽ ad ĩpossibile ut per põem miorĩs ĩneẽ tñ sic dictũ est in ɔiugõnibꝰ ꝓcedẽtibꝰ τ ꝟ ẽ ⌊ Si aũt ꝓuatiuũ. ⌋ 2° dat ɔiugõnes τ sunt due q̃ruꝫ ꝑor hẽt maiorẽ affirmatiuã de ĩneẽ. 2ª ꝟo utrãqꝫ negatiuaꝫ τ ꝑficit utraqꝫ eodẽ mõ sic iã diximꝰ τ ꝟ est ⌊ sit eni. a. τẽ ⌋

Si aũt nõ ĩneẽ ponat. b. oi. c. τ nõ ɔtigẽ nõ ĩneẽ. nõ erit sills siue sit ꝓuatiua: siue sit affirmatiua. a. b. ꝓpõ. Termini autẽ cões ex necẽitate qdẽ ĩneẽ albũ aial nix. Nõ cõtingẽ albũ aial pix. Manifestũ est igit qm̃ cũ uñes sint termini: τ hec qdẽ ꝓpõnũ ĩeẽ illa ꝟo ɔtingẽs sumat. Qñ que ad minorẽ qdẽ extremitatẽ ɔtingẽs sumat ꝓpositio semp fit sills. uerũ alius qdẽ ex eisdeꝫ. aliꝰ ꝟo ɔuersa ꝓpõne. Qñqꝫ aũt utrũqꝫ τ ꝓpter quam causam diximus.

Cõñter determiat ɔiugõnes uñes iutiles τ sũt due que hñt minorẽ negatiuã de ĩneẽ: maiorẽ ꝟo affirmatiuã uel negatiuã de ɔtingẽti q̃rũ iutilitatẽ ostẽdit per ĩstãtiã ĩ termis τ ꝟ est ⌊ si aũt nõ ĩeẽ. ⌋ Cõñter epilogat de ɔiugõnibus uñibꝰ dicẽs manifestũ eẽ ɔiugõnem eẽ utilẽ ubi minor est de ɔtingẽti sed ĩpfectũ τ aliqñ ꝑficit ex ĩpis. ꝙ necessariũ uel quodã modo sicut per reductionẽ ad ĩpossibile in eisdẽ termis uel per põem miorĩs ĩeẽ termini τ ꝟ est qñ mior est affirmatiua: aliqñ aũt ꝑficit per cõuersionẽ. s. qñ mior est negatiua sed hec ꝑfectio dimĩ ᵒª est aliqñ aũt ꝑficit per utrũlibet τ ꝟ est cõpleta ꝑfectio earũ que hñt minorẽ negatiuã τ ꝟ est ⌊ manifestũ ergo. ⌋

Si aũt hic qdẽ ꝓpõnum uñis sumat: illa ꝟo ꝑticularis. Quando ad maiorem quidẽ extremitatẽ uñis ponit ɔtingẽs: siue affirmatiue: siue negatiue: ꝑticularis aũt affirmatiue τ ĩneẽ erit sills ĩpfectus. uelut τ cũ uñes sint termini. demõstratio aũt eadẽ que τ ꝑus. Qñ aũt uñis qdẽ fuerit ꝓpõ ad maiorẽ extremitatẽ: ĩneẽ τ nõ ɔtingẽs: altera ꝟo ꝑticularis τ ɔtingẽs. siue affirmatiue siue negatiue ponant utreqꝫ: siue hec qdẽ affirmatiua: illa ꝟo negatiua: oĩo erit sills ĩpfectus. uerũ hi per ĩpossibile ostẽdent. alij ꝟo per ɔuersionẽ. Erit aũt sills per ɔuersionẽ ɔtingẽtis. quẽadmoduꝫ in ꝑoribus: qñ uñis qdẽ ad maiorẽ extremitatẽ significauerit ĩneẽ: uel nõ ĩneẽ: ꝑticularis aũt sit ꝓuatiua ɔtingens. ut si. a. qdẽ oi. b. inest: uel nõ inest: b. aũt alicui. c. cõtingit nõ ĩneẽ. ɔuersa enĩꝫ. b. c. ꝟm ɔtigẽ fit sills.

Hic determinat ɔiugõnes ꝑticulares τ diuidit in duas q: ꝑmo determiat que hñt alterã ꝓpõm uñeꝫ. 2° illas que hñt utrãqꝫ ꝑticularẽ cũ dicit ⌊ nec cũ ꝑticulares. ⌋ adhuc hñtiũ alterã uñem ꝑmo determinat eas que hñt maiorẽ uñem. 2° eas que hñt minorẽ uñem ibi si aũt uñe. Adhuc hñtiũ maiorẽ uñem. ꝑmo determinat utiles 2° iutiles cũ

dicit[qñ aũt nõ ineẽ]ad hᶜ utiliũ primo determinat pfe ctas z sunt due hñtes maiorẽ de zungẽti affirmatiuã uł negatiuam minorem aũt de ineẽ affirmatiuã que perficiunt per dici de oi z de nullo uel zingẽ z h est[si aũt quidẽ.]2° imp̃fectas circa quas sic pcedit.p° ponit eas z sunt 4ᵒʳ hñtes maiorẽ de ineẽ affirmatiuã uel negatiuã minorẽ aũt de zungẽti affirmatiuã uel negatiuã z h est[qñ aũt ulẽ.]2° determinat diuisum modũ pficiẽdi eas dicens qꝫ ille ziugõnes que hñt minorẽ affirmatiuã de zingẽti pficiunt per reductionẽ ad impossibile.ille uo que hñt minorẽ negatiuã de zingẽti pficiunt per zuersionẽ minoris z per reductionẽ ulteriorẽ per impossibile z qualiter fiat ibi zuersio docet expssẽ.s.per oppositas q̃litates in pticulari que est minor z h est[uerũ hi qdẽ.]

¶ Qñ aũt nõ ieẽ sumpserit ptĩculari posita nõ est sill's. Termini ieẽ qdẽ albũ aĩal nix nõ ieẽ aũt albũ aĩal pix.per idefinita autẽ sumẽda est demonstratio.

¶ Cõiter ponit cõiugões inutiles hñtes maiorẽ ulẽz z sunt due que hñt minorẽ negatiuã de ineẽ maiorẽ autẽ affirmatiuã uel negatiuã de cõtingẽti: quarũ inutilitatẽ pfẽdit per instãtiã in termis z h est[qñ aũt nõ ieẽ]2° inuit aliũ modũ.s.per indefinitã cãm ueritatis minoris que est pticularis:pticularis enim põt eẽ uera uł pro intellectu ulis uel pro intellectu pticularis.sed uli negatiua posita miore nõ sequebat̃ zclo sicut ostensuz est in suis cõiugõnibus quare nec sequit̃ pticularis negatiua posita minore q: qd nõ segtur ad añs nõ sequitur ad zñs z loquor de negatiua de ineẽ z h est[p infinitũ eni]

¶ Si aũt ulẽ quidẽ ponat̃ ad minorem extremitatẽ pticulare aũt ad maiorẽ:siue affirmatiuę siue negatiuę:siue zingẽs siue ineẽ nullo modo erit sillogismus.

¶ Cõiter determinat ziugões pticulares hñtes miorẽ ulẽz z sunt octo.sed oẽs inutiles z h est[Si aũt ulẽ qdẽ.]

¶ Nec cũ pticulares uel idefinite sunt ppõnes.siue zingere sumpte:siue ineẽ:siue pmutatim:nec sic erit sill's. Demonstratio aũt eadẽ que z in p̃oribus. Termini autẽ oẽs ineẽ quidẽ ex necessitate aĩal albũ hõ zingẽ aĩal albũ tunica. Manifestuz ergo qm̃ uli posito ad maiorẽ extremitatẽ semp fit sill's:ad minorẽ aũt nunqꝫ.

¶ Cõiter determinat cõiugões pticulares hñtes utrãqꝫ pticularẽ z sunt octo z oẽs inutiles quarũ inutilitatẽ ostẽdit per ostẽsionẽ in terminis z idẽ termini sufficiunt ad ostẽsionẽ inutilitatis octo cõiugõnũ primo pcedẽtiũ z h est[nec cũ pticulares.]Cõiter epilogat de pticularib° cõiugõnib° dicẽs manifestũ eẽ qꝫ si in pticularib° ziugõnib° maior fuerit ulis semp erit sill's simplr ubi minor fuerit negatiua de ineẽ.si aũt minor fuerit ulis nullo modo erit sill's in cõiugõnib° pticularib° z h est[manifestũ igit̃.] ¶ Sed hic forte dubitaret aliqs. primo qr cum in mixtione necij z ineẽ nõ est utilis cõiugõ nisi maior extiterit de necio quõ z q̃re sit hic utilis cõiugõ maiore extñte ineẽ z nõ de cõtingẽti.z dicẽdũ qꝫ necium non determinat uniuersalit̃ z iõ eodẽ mõ semp accipit̃ in cõclone z pmissa in mixtione necij z ineẽ nõ determinet utilitatez ziugõnũ nisi respectu zclonũ de necio z nõ sequit̃ zclo de necio nisi maiore extñte de necio sicut ibidẽ ostẽsum est.pter qꝫ nõ est utilis ziugõ in illa mixtione nisi maiore extñte de necio:cõtingẽs aũt multiplr dr:sed si accipiat̃ cõtingẽs ad utrũlibet semp apud cõclonem z apud

pmissam ita qꝫ nõ diuisificet sicut ex alia pte nõ diuisificetur nec sumitur nõ segtur cõclo de cõtingẽti hoc nisi maior fuerit de cõtingẽti. Si ergo vniformiter diceret̃ cõtingẽs sicut d: necium eẽt in hac mixtione sicut in mixtione necij z ineẽ nũc aũt dr multiplr z sequit̃ aliqñ cõclo de cõtingẽti minore extñte de cõtingẽti sed nõ accipit̃ eodẽ mõ cõtingẽs in pmissis z in cõclone:in pmissis eniz accipit̃ cõtingẽs ad utrũlibet in cõclone aũt cõtingẽs pro possibili. Sed tũc dubitat̃ quare maiore extñte h de cõtingẽti segtur cõtingẽs ad utrũlibet.minore aũt existẽte de cõtingẽti nõ sed cõtingẽs pro possibili. Et dicẽduz qꝫ qñ maior est de cõtingẽti z minor de ineẽ sic dispõ hz dr de oi in cõtingẽtib° z h penes hãc acceptionẽ.de qd ẽ b.cõtingit eẽ.a.z iõ se hẽt cõclo ad maiorẽ ut ps er° z fit cõclo penes v̉tutẽ maioris diuo: q̃re cũ maior sit cõtingẽs ad utrũlibet z talis erit cõclo:qñ aũt maior est de ineẽ z minor de cõtingẽti:nõ fit dispõ h̃m dici de oi uel de nullo nec hz vĩtutẽ maioris penit° istituit̃ zclo q: nõ appropriatur minor maiori h̃m exigẽtiã eius qd est dici de oi z de nullo z iõ nõ segtur cõclo de ineẽ:adhᶜ minor in pma figura non est causa zñe nec facit cõclonem tanqꝫ pte sui z iõ qñ minor est de cõtingẽti ad utrũlibet nõ sequit̃ cõclo de tali cõtingẽti:necio z iõ in tali dispõne nõ põt cõclo penit° assimilari maiori nec penitus minori sed hẽt modũ cõẽ istis.s.cõtingẽtis pro possibili. ¶ Cõiter dubitabit aliqs de cõiugõib° pfectis hñt enim sic cõtingit oẽm hoiem eẽ albũ dẽ nigrũ est hõ sit ita ergo dẽ nigruz cõtingit eẽ albũ nõ sequit̃:adhuc cõtingit oẽ mouẽs esse aĩal dis hõ est mouẽs sit ita ergo cõtingit oẽm hoiem eẽ aĩal nõ sequit̃ q: h uecium est:z ita in modis pfectis nõ semp est cõclo de cõtingẽti ad utrũlibet. Adhuc põt dici eẽ satis bñ qꝫ minor extremitas in ista mixtione dz eẽ aliquid sb medio qd est sb ipo ita qꝫ minor sit de ineẽ simpliciter qd patet per dici de oi h acceptũ.s.omẽ qd est.b.cõtingit zc.z h sigt Arist.in textu dicẽs[qui ergo sb.b.est.c.]in dictis aũt instãtijs nõ sic accipit̃ minor. Uel põt dici ad pmũ qꝫ minor est distinguẽda sir z zclo z eo mõ quo minor est uera z zclo segtur uera eodẽ modo quo ẽ falsa sequit̃ zclo falsa z patet distinctio per pdicta in ca° dicto. ¶ Ad 2ᵐ dicẽdũ qꝫ maior nõ põt eẽ uera si minor sit uera uel ecõuerso qr is est sensus maioris dẽ qd ẽ mouẽs zingit eẽ aĩal qd nõ stat cũ minori uera.s.omis hõ mouet z ppea tũc impossibiles sunt pmisse q̃re deficit cõiugõ ex pte minoz bitudinẽ. ¶ Ulterius zñter dubitabit de eo qd dicit Arist.nihil ex necitate seq ex vno.h enĩ videt̃ falsum p° pp enthimemata que ex vno zcludunt adhuc per locũ a diffinitiõe ad diffinitũ z uł per locũ a pte sbiectiua z ex vno segtur aliqd adhuc hec est bona zñtia si vnũ oppositoz nõ inest reliquũ inest q̃re segtur ex necitate si est albũ nõ est nigrũ z tñ hi ex vno solo.adhuc idẽ põt ostẽdi per maximã de zdictorijs z per multos locos dialecticos ubi videt̃ aliqd ex vno zcludi ex necessitate.adhuc Arist.in 8° tpe dicit qꝫ oro est pala zclusa tripliciter z tertio mõ est qñ deest aliqd ualde probabile ad zclonem q̃re videt̃ qꝫ ex vno tñ possit zclo palaz ex necitate zcludi. ¶ Ad oppositũ sic dis zclo infert̃ p aliquod mediũ:sed mediũ nõ est nisi per relationẽ ad duo extrema q̃re neẽ est zclonem inferri per mediũ relatũ ad duo extrema zclonis:sed si mediũ sit relatũ ad duo extrema zclonis facit duas dimẽsiones z duas ppõnes q̃re dis zclo per duas ppõnes infert̃ ex necessitate. Adhuc sill's est in motu uero z motu rõnis:sed motus uerus nõ fit nisi ab extremo alio in extremũ z per mediũ quia nõ mouet̃ simplr idiuisibile:q̃re motus rõnis erit ab extremo in extremũ per mediũ q̃re cũ stat cõclo ex extremis necẽ est hz rõnẽ primo cõparare mediũ ad duo extrema z postea zcludẽ vnũ extremũ de extremo z sic duę erũt necio due ppõnes. Adhuc cõclo aut est affirmatiua aut negatiua,si affirmatiua zcludit̃ vnũ extremuz de altero.

per aliqd ↄueniēs utriqȝ ⁊ illud tūc necessario cōparabitur ad utrūqȝ sicut patet per se ⁊ erūt tūc due ꝓpones ex his cōparatione: si sit negatiua remouebit vnū extremū ab altero ⁊ h ꝑ aliqd vni ↄueniēs ⁊ nō alteri. ad hoc ergo ꝙ extremū de extremo remoueat necesse est aliquid ad utrūqȝ cōparare ita ꝙ ad vnū per ↄuenientiā ad alterum per distam ⁊ erūt tūc necessario due ꝓpones q̄re pȝ ꝙ sine debuit ↄcludi cōclō affirmatiua siue negatiua necesse est apud rōnē duas fieri p̄missas ↄclonem inferētes. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ aliud est log de p̄missis put sunt apd rōnē uel put sunt apud sermonē. p̄mo mō necesse est eē duas p̄missas sicut ostēsum est. scdo mō nō: qȝ q̄uis rō nō ueniat in ↄclonē nisi per duas dimēsiones tn̄ tñ ↄtingit alterā tm̄ exp̄mere per uocē sed ad necessariā cum necessariā necessario subintelligit alia neqȝ enī itellect⁹ pcipiētis neqȝ audiētis ↄclonē accipit nisi per duas premissas q̄ꝝ utraqȝ per uocē uel altera expssa est tm̄: ⁊ reliq manifeste subintelligit. ex his patet mīo ad rōnes iductas ad p̄mā ptē cōclonis qȝ non cogūt gn̄ m̄ ex vno aliquid inferat ex necessitate alterū subintelligat ⁊ sic est in modis oībus arg⁹ ubi affirmat vna. ¶ Hic forte dubitabit de ↄiugōnibus impfectis ⁊ videt ꝙ oēs inutiles sint: qȝ cū maior ꝓpō de ineē sit affirmatiua ul' negatiua p̄dicat de hys que actu sunt sub s̄bto. in minori autē ille idē terminus p̄dicat ⁊ ampliat eius suppō per virtutem modi cōe q̄re mediū pro plurib⁹ stat in minori q̄ȝ in maiori. Adhuc dixit Ar̄. supius ꝙ necesse est ↄclonē assimilari alteri p̄missarū sed sic nō est h: ↄclō enim [illegible] est de ↄtingēti pro possibili. minor aūt de ↄtingēti ad utrūlibet ⁊ ideo nō assimilat minori: nec et maiori cū sit de ineē q̄re cū ↄclō neutri p̄missarū assimilet erit ↄclō inutilis.

¶ Ad p̄mū dicēdū ꝙ maior ꝓpō est de ineē simplr q̄re s̄m stat pro oībus que sub eo pnt eē. p̄dicatū enim oīb⁹ illis possibiliter inest qcqd enim pōt eē hō possibilr est aial in tali ꝓpōne nō p̄dicat eē ut nūc sed eē habitudis ⁊ ita mediū est ꝙ eq̄lis est ampliatio medii in maiori de ineē ⁊ in minori de cōtingēti. ¶ Ad scdm dicēdū ꝙ cōclusio assimilat minori cū utrāqȝ sit de ↄtingēti nec opȝ eas spālius sibi inuicē assimilari ad hoc ꝙ sequat cōclō. cū ex vna de ↄtingēti ⁊ alia de necessario possit seq ↄclō de ineē ut patebit in sequēti caplo. ¶ Cōsequēter ulterius dubitabit de mō pficiēdi istas ↄiugōnes ꝓbat enim utilitatē cōiugationis affirmatiue per deductionē ad impossibile faciēdo sillm mixtū de necessario ⁊ ineē in gnra tertie: sed supius ubi determinauit de tali mixtiōe nō reputauit aliā utilē ↄiugōnē iuxta 4m scde uel iuxta gnra tertie. q̄re sequit ꝙ sua ꝓbatio nulla: silr ꝓbat utilitatē ↄiugationis negatiue per impossibile faciēdo sillm mixtū ex necessario ⁊ ineē in tertio tertie maiore pticulari existēti de necessario ⁊ minore uli existe de ineē sȝ talis ↄiugatio supius reputabat inutilis. Ad hoc dicet aliquis ꝙ tales ↄiugōnes supius reputabant inutiles simpliciter: ⁊ simplr loquēdo inutiles sunt. si enim illa de ineē fuerit ut nūc inutiles sunt: hic aūt reputant inutiles qn̄ illa de ineē est de ineē simplr: ⁊ qn̄cunqȝ sic est utiles sunt hi⁹ ↄiugōnes ⁊ ita reputant utiles solū ꝑ pterminoꝝ electionē. Sed ↄtra minor ꝓpō in his ↄiugōnib⁹ est de cōtingēti ad utrūlibet sed ꝓpō de ↄtingēti tali si poneret in eē erit de ineē ut nūc sed minor accipiēda de inesse in sillō mixto ducēte ad īpossibile trāsitata est a maiori q̄re ꝓpō accipiēda in tali mixtione de ineē necessario est de ineē ut nūc: ⁊ ita q̄uis talis ↄiugō mixta teneat ubi illa de ineē fuerit de ineē simplr nō m̄ tenet in ꝓposito. Sȝ dicet ꝙ ↄtingēs ad utrūlibet duplex est. s. natū ⁊ infinitū. contingēs aūt infinitū si ponat ineē erit de ineē ut nūc. ↄtingēs aūt natū erit ↄtingēs de ineē segt sed in ꝓposito cōiugationib⁹ impfectis mixtis de ineē ⁊ de ↄtingēti debet minor eē de ↄtingēti nato qȝ si ponat eē est de ineē simpliciter ⁊ ita sillō mixtus de necessario ⁊ inesse ducūt ad oppōm maioris ex opposito ↄclonis ⁊ minori posita in eē hēbit aliā de ineē simplr. ꝙ aūt oporteat minorem eē de ↄtingēti nato videt per hoc ꝙ maior est de ineē simpliciter ⁊ nō accipit minor de ↄtingenti sub maiori que est de ineē simplr nisi fuerit de cōtigēti nato. qȝ ergo maior approbat sibi minorē ut accipiat s̄ipsā ideo oportet ꝙ minor sit de ↄtingēti nato. Sed contra solū illa ꝓpositio pōt sibi aliā approbare ut accipiat s̄m exigētiam eius que est maior in mō p̄me figure pfecto s̄m dici de oī uel de nullo uel que possibilis est [illegible] per reductionē fiat maior in mō pfecto p̄me figure sicut patet ex pfectis in [illegible] tione mixtionis necessarij ⁊ ineē: sed maior de ineē in dictis cōiugōnibus impfectis neqȝ est maior in sillō perfecto s̄m dici de oī uel de nullo: neqȝ per reductionē pōt fieri maior in tali mō sicut patet de se q̄re maior de ineē in dictis ↄiugōnibus nō approbat minorē de ↄtingenti ut sit de ↄtingēti nato q̄re poterit sumi adeo bn̄ de cōtingēti infinito sicut de ↄtingēti nato: q̄re minor posita inesse poterit eē indifferēter de ineē ut nūc uel de inesse simpliciter ⁊ ita nō est necesse sillm mixtū quē facit ducēdo ad ipossibile. Adhuc in terminis manifestū est ꝙ minore existe de ↄtingēti infinito sequit cōclō de cōtingēti ꝓ possibili. aliqn̄ enim est ↄclō de cōtingēti pro necessario ut in his terminis colorātū albū: aliqn̄ aūt de ↄtingenti ad utrūlibet ut h mouēs ambulās hō. in his enim terminis sit ↄiugatio ex affirmatiuis minore existe de contingēti infinito ⁊ semp sequit cōclō de cōtingēti. sigm est ergo ꝙ maior de ineē nō approbat minorē de cōtingēti ut sit de cōtingēti nato ideo bn̄ poterit eē de ↄtingēti infinito ⁊ ex h patet idē qd̄ pus. Pōt ergo dici ꝙ hoc uerū est tñ ostēsio Ar̄. sufficit. q̄uis enim dicta mixtio necessarij ⁊ ineē inutilis sit respectu cōclonis de necessario utilis tm̄ est respectu cōclonis de ineē sicut per se patet ⁊ phabita. qn̄ igit pficit h cōiug. hntes minorē de ↄtingēti per deductionē ad impossibile nō intēdit pmixtionē necessarij ⁊ ineē cōcludere ↄclonē de necessario sed de ineē que directe ↄdicit maiori de ineē ⁊ ita sufficiēter ostēdit illas cōiugōnes. ⁊ sciendū ꝙ h qd̄ ponit in lr̄a. s. necesse cōclone silli ad impossibile nō est modificatio ↄnūs sed ↄñtie. ¶ Adhuc forte dubitabit aliqs de reliquo mō pficiēdi istas cōiugōnes. s. per p̄mā figurā. dicūt enim aliqui ꝙ maior que est de ineē ponēda est de ↄtingenti. minor aūt que est de cōtingēti ponēda est de ineē ⁊ erit tūc modus pfectus istius mixtionis. Sed cōtra cū maior sit de ineē simplr si ponat de ↄtingēti nō est de ↄtingēti ad utrūlibet nisi forte fuerit de cōtingēti nato. sed talis poterit eē illa de ineē qd̄ cū fuerit de cōtingēti nullo mō erit ad utrūlibet sed in mō pfecto illius mixtionis maior silli est de cōtingēti ad utrūlibet: q̄re si maior mutet in cōtingētē nō est necesse fieri modū pfectū ⁊ ita deficit talis reductio coniug. Adhuc in sillō perfecto illius mixtionis ↄcludit ↄtingēs ad utrūlibet ut dixit Ar̄. in p̄n° huius capli. sed qui vult pficere dictas coniugōnes impfectas debet ostēdere seg ↄtingēs pro possibili sicut iaȝ patebit q̄re manifestū est ꝙ nō ↄtingit hoc mō dictas ↄiugōnes pfectas facere qd̄ ↄcedēdū est. Et dicēdū ꝙ pfici debet per solā pōm minoris ineē ita ꝙ ex duab⁹ de ineē ↄcludat cōclō de ineē ⁊ ex illa ulterius cōclō de ↄtingenti sicut dictū est in expōne lr̄e. ¶ Cōsequēter dubitabit de his ↄiugōnibus utrū possint in cōclonē de ineē. ⁊ videt ꝙ sic eadē rōne per quā Ar̄. ostēdit seg ↄclonē de ↄtingēti fiat enim sillis sic. oē. b. est. a. oē. c. cōtingit eē. b. ergo oē. c. est. a. si nō det oppōm aliqd. c. non est. a. ⁊ ponat minor ineē sic oē. c. est. b. ⁊ sic in q̄rto tertie aliqd. b. nō est. a que est ↄdictoria maioris. silr ostēdi pōt de mō necessario sic nullū. b. est. a. ↄtingit oē. c. esse. b. ergo nullū. c. est a. si non sequit stabit oppōm. s. aliqd. c. est. a. ponat ergo minor inesse sic. oē. c. est. b. ⁊ sequit ex eis in tertio tertie aliqd. b. est. a. que ↄdicit maiori. Sȝ ꝙ nō sequat ↄñdit

per instantiā in terminis sic oē ambulās est mouēs cōtin
git oēm hoīem ambulare nec tn̄ oīs hō mouet̄ sit ita ꝙ
nullus hō moueat̄ ꝛ patet ꝙ p̄misse sunt uere ꝛ cōclusio
falsa. silr̄ de mō negatiuo sit oīs hō niger ꝛ dicat̄ sic nul
lū albū est nigrū ꝯtingit oēm hoīem eē albū nisi tn̄ seqt̄
ꝙ nullus hō sit niger quāuis p̄misse sint uere. Et dicēdū
ꝙ illa de ineē nō sequit̄. dādū enim est oppositū illi⁹ de
ineē ꝛ illud pōt stare cū utraqꝫ p̄missarū. ꝛ cū dicit̄ pona
tur minor ineē: dicēdū ꝙ minor nō pōt poni q̄re si pona
tur ineē ipsa erit ipossibilis opposito cōclōnis qd̄ patet
sic. b. ꝯtinet sub. a. per p̄mā ꝓpōnē ꝛ bn̄ possibile est ꝙ
b. cōtingēti insit oī. c. ꝛ tn̄ ꝙ. a. remoueat̄ ab aliq̄. c. q̄ꝫ cū
oē. b. sit. a. si oē. c. sit. b. necesse est oē. c. eē. a. q̄re cū mino
re posita ineē nō stabit oppositū ꝯclōnis stat tn̄ bn̄ cū ipsa
minore ꝛ ideo nō est admittēda positio minoris ineē cū
opposita cōclōnis ex ipsa pōne cū cōpōne ad oppositū
cōclōnis cū est impossibilis causat̄ incōueniēs. qd̄ autē
dictū est de mō affirmatiuo silr̄ se habet in mō negatiuo
dādū est oppoᵐ cōclōnis ꝛ nō pōt poni minor de ineē.
oppositū enim ꝯclōnis est cōpossibile minori sed nō est
cōpossibile alii de ineē qua trāsfert̄ ab ea q̄re cuꝫ in illis
sic sit. b. a. s̄m maiorē ipossibile est ꝙ aliqd̄. c. sit. a. cuꝫ oē
c. sit. b. sequit̄ enim si nullū. b. est. a. ꝛ oē. c. est. b. ꝙ nulluꝫ
c. sit. a. uerūtn̄ simul stāt ꝙ oē. c. cōtingat eē. b. ꝛ ꝙ aliqd̄
c. sit. a. ꝛ ita patet ꝙ in utroqꝫ mō stat oppoᵐ cōclōnis cū
minore sꝫ nō cū illa de ineē que a minore sumit̄ ꝛ ideo
cū opposito cōclōnis nō est admittēda pō minoris ineē
sic enim acciperent̄ incōpossibilia ex q̄rū incōpossibilita
te sequitur incōueniēs. Sed ꝯtra posito possibili nō acci
det ex eo impossibile q̄re cū minor sit possibilis ex pōne
illius ineē nō accidet impossibile. Si dicta rō uera esset
ad soluendū nō ualeret ꝓbatio Arist. qua ꝓbat ꝙ in his
modis sequit̄ ꝯtingēs pro possibili oppositū eni cōclō
nis est incōpossibile minori posite ineē. ubi grā si in mō
affirmatiuo oē. b. sit. a. incōpossibilia sunt hec duo aliqd̄
c. de necessitate nō est. a. ꝛ oē. c. est. b. quorū p̄mū est op
positū cōclōnis de ꝯtingēti ꝛ minor posita ineē ꝛ ita si p̄
dicta solō eēt uera nō uidet̄ bona eē ꝓbatio Arist. respe
ctu ꝯclōnis de ꝯtigēti qd̄ est icōueniēs. Et dicēdū ꝙ ꝓba
tio Arist. bona est. ¶ Et dicēdū ad p̄ᵐ ꝙ si cōsideret̄ ali
qd̄ possibile in se ꝛ absolute nunq̄ꝫ ex pōne illius inesse
si sic ꝯsideret̄ accidet ipossibile. uerūtn̄ ex relatione eius
ad sibi icōpossibile accidet ipossibile ꝛ sic est in ꝓpposi
to ut dictū est. ¶ Ad scd̄m dicēdū ꝙ alr̄ est de opposi
to cōclōnis de cōtingēti q̄ꝫ de opposito cōclōnis de ineē
ostēsum enim est p̄us qn̄ oppositū cōclōnis de inesse cō
possibile est minori: sed incōpossibile cū minori posita i
neē. oppositū aūt cōclōnis de ꝯtingēti est icōpossibile utri
qꝫ. si enim oē. b. sic est. a. tūc est. b. sub. a. ꝛ ita h̄ incōpossi
bilia. s. de necessitate aliqd̄. c. nō est. a. ꝛ oē. c. cōtingit esse
b. q2 si aliqd̄. c. nō de necessitate est. a. tūc aliqd̄ est. c. qd̄
impossibile est eē. a. ꝛ si h̄ tūc aliqd̄ est. c. qd̄ ipossibile est
eē. b. ꝛ ita nō ꝯtingit oē. c. eē. b. si necesse est aliqd̄. c. non
eē. a. Silr̄ est de mō negatiuo ꝙ si nullū. b. est. a. incōpos
sibilia sunt de necessitate aliqd̄. c. est. a. ꝛ ꝯtingit oē. c. eē
b. q2 si necesse est aliqd̄. c. eē. a. cū nullū. a. sit. b. aliqd̄. c. ē
b. qd̄ nō potent eē. b. h̄ patet q2 maior negatiua est de in
eē simplr̄ in qua termini adinuicē opponunt̄ ꝛ ita stāt si
mul. s. ꝙ oē. c. ꝯtingat eē. b. ꝛ ꝙ necesse sit aliqd̄. c. esse. a.
q̄re patet ꝙ oppositū cōclōnis de cōtingēti est incōpossi
bile minori ꝛ ita q̄uis minor ponat̄ ineē ꝛ adhuc sūt in
cōpossibilia non tn̄ fit ipossibile uel incōpossibilitas per
pōm minoris ineē nec est post illā pōm incōpossibilitas
nisi que p̄us fuit. oppositū aūt cōclōnis de ineē nō est in
cōpossibile minori an̄ pōm ei⁹ ineē ideo bn̄ potuit Arist.
accepto opposito cōclōnis de cōtingēn ponē minorē in
eē q2 nō causat̄ sibi aliqd̄ incōueniēs qd̄ p̄us non fuit. ac
cepto aūt opposito cōclōnis de ineē non debet poni mi
nor ineē q2 per pōm illā causat̄ incōueniēs qd̄ non erat
p̄us nec tn̄ sequtur ipossibile ex minore posita ineē simplr̄
ꝛ absolute sed ex relatiōe ei⁹ ad oppositū ꝯclōnis qd̄ est
ei incōpossibile. ex his patet ꝙ in dictis ꝯiugōnib⁹ sequi
tur cōclō de ꝯtingēti. ꝛ bn̄ ꝓbat Arist. h̄ ꝛ ꝙ nō sequtur cō
clusio de ineē nec pōt h̄ ꝓbari per ꝓbatione Arist. ¶ Ad
huc forte dubitaret aliqs que dicant̄ ineē simplr̄ cum di
cat ꝙ maior debet eē de ineē simplr̄ ꝛ nō ut nūc: quedaꝫ
enim sunt perse quedā per accn̄s ꝛ que per accn̄s dicū
tur ineē ut nūc. si ergo perse inherētia dicant̄ ineē simplr̄.
querit̄ aut solū uel perse inherētia. p̄mo mō ꝛ si h̄ tūc h̄
nō est de ineē hō est grāmaticus q2 p̄dicatuꝫ nō cadit in
diffinitione s̄bi sed hoc falsum est. si solū inherētiā scd̄o
mō tūc talis ꝓpō nō eēt de inesse simplr̄ hō est aīal s̄bm
enim nō cadit in diffinitione p̄dicati sed hoc est falsum.
si utroqꝫ mō perse inherētia dicant̄ ineē simplr̄ ꝛ solum
cōtingit tūc eni h̄ enim eēt de ineē simplr̄ grāmaticū est
aīal: cū nec p̄dicatū cadat in diffinitione s̄bi neqꝫ econ
uerso: sed manifestū est ꝙ talis ꝓpō est de ineē simplr̄.
Et dicēdū ꝙ illa dicunt̄ ineē simplr̄ que isunt p̄mo mō
ꝛ scd̄o mō perse ꝛ que adhuc reducunt̄ primo illa ꝙ il
la que semp insunt uel freq̄nter insunt h̄ntia tn̄ cām in
herētie in s̄bto ut p̄dicati in s̄bto dicunt̄ ineē simplr̄. uñ
ꝯtingētia nata simplr̄ ineē dicunt̄: ꝛ ꝓpōnes de tali con
tingēti si ponant̄ ineē sunt de ineē simplr̄ ꝛ reducuntur
ad pse p̄mi modi uel ad que h̄nt cām p̄dicati in s̄bto uel
ecōuerso. Hoc aūt qd̄ opponit hāc ꝓpōnē grāmaticum
est aīal nō est pse p̄mo mō uel scd̄o dicēdū ꝙ reducit ad
p̄mū modū uel ad ꝯuersam scd̄i modi pse. cadit eni aīal
in diffinitione grāmatici nō in se sed in suo inferiori in
quo accn̄talr̄ est. diffinit̄ aūt grāmaticū per hoīem i quo
actualr̄ intelligit̄ aīal q̄re p̄dicatū dicte ꝓpōnis cadit in
diffinitione s̄bi. Cū etiā sciēdū ꝙ aliter accipiēda est ꝓ
positio de ineē simplr̄ respectu cōclōnis de necessario ꝛ
aliter respectu cōclōnis de ꝯtingēti cōi. illa enim de ineē
simplr̄ que cū alia de necessario cōcludit ꝯclōnē de ne
cessario debet eē necessaria s̄m rē ꝛ nō sufficit ꝙ sit con
tingēs natū positū ineē. ubi grā oē grāmaticū de necessi
tate est sciēs oīs hō est grāmaticus sit ita sed nō de neces
sitate oīs hō sciēs. respectu aūt ꝯclōnis de ꝯtingēti pōt il
la de ineē manifestari a ꝯtingēti nato ꝛ sic patet ꝙ alr̄ su
mit̄ ꝓpō de ineē simplr̄ in mixtione necessarii ꝛ ineē ꝛ
aliter in mixtione ꝯtingētis ꝛ ineē uel ꝯtingētis ꝛ neces
sarii. ¶ Cōsequēter forte quereret utrū minor de ineē mo
di necessarii imperfecti debeat eē de ineē simplr̄ sicut ma
ior de ineē modi affirmatiui. ꝛ uidet̄ ꝙ nō cū hoc nō ꝓ
bet Arist. de mō negatiuo sicut affirmatiuo. Oppositum
aūt uidet̄ per h̄ qd̄ dicit Arist. in pte illa in qua ponit cō
iugationē negatiuā. q2 enim posuerat quosdā terminos
ubi maior est de ineē ut nūc dicit melius eē sumēduꝫ ter
minos q̄si uelit ꝙ oporteat maiorē de ineē esse de inesse
simplr̄. Adhuc eadē ꝓbatio qua ꝓbat Arist. ad ostēden
dū maiorē debere eē de ineē simplr̄ in ꝯiugōne affirma
tiua sufficit ad idē ꝓbādū in ꝯiugōne negatiua ꝛ ꝑ eos
dē terminos sicut patet intuēti q̄re uidet̄ ꝙ maior in mō
negatiuo erit de ineē simplr̄ sicut in mō affirmatiuo q2 sa
tis patet ꝑ ea que dicit circa modū negatiuū ꝛ circa mo
dū affirmatiuū sicut iā dictū est. ¶ Sed tūc ulteri⁹ que
ret utrū ꝯclō ꝯiugōnis affirmatiue itelligēda sit de ꝯtin
gēti pro possibili sicut ꝯclō cōiugōnis negatiue uel nō ꝛ
uidet̄ ꝙ nō: q2 Arist. ostēdit de mō negatiuo ꝯclōnē esse
de ꝯtingēti pro possibili ꝛ nō de affirmatiuo: q2 in princi
pio huius capli dicit ꝯclōnē modoꝝ negatiuoꝝ imperfe
ctoꝝ eē de ꝯtingēti pro possibili nihil tagendo de modis
affirmatiuis. Oppositū aūt uidet̄ per easdē rōnes quas
Arist. ponit ad h̄ ostēdēdū de mō negatiuo. q̄si aūt p̄ficit
modū affirmatiuū accipit oppoᵐ ꝯclōnis que est nega
tiua de ꝯtingēti ꝛ dicit eā ꝯuerti cū ꝓpōne de necessario
sed illa de necessario nō cōuertit̄ negatiue de contingēti
nisi accipiēdo ꝯtingēs pro possibili. q̄re s̄m Arist. ꝯcludit̄

cõtingẽs pro possibili. Adhuc Ar. pbat q sufficienter seqtur cõclõ de ɔtingẽti sed aliqñ pm ex necessitate inest postremo in ista diffinitione z aliqñ ei ɔtingẽter ei iest dico ad utrũlibet q̃re cũ semp sequat ɔtingẽs h est cõtingẽs cõe necessario z ei qd est ad utrũlibet hi9 aũt est contingẽs pro possibili q̃re sequit cõtingẽs pro possibili qd aũt in hac dispõne isti pm cũ postremo ex necessitate patet sic oẽ albũ est coloratũ cõtingit oẽm hoiem ee albũ z necesse est oẽm hoiem eẽ coloratũ. q aũt aliqñ cõtingit pm postremo ad utrũlibet patet sic oẽ ambulãs est mouẽs ɔtingit oẽm hoiem ambulare ergo ɔtingit oẽm hoĩem moueri h aũt ɔclõ est de ɔtingẽti ad utrũlibet hoc aũt est cõcedẽdũ. ¶ Sed tũc querit q̃re Ar. mẽtionẽ facit de modis negatiuis ɔtingẽtis dicẽs q ɔcludũt contingẽs pro possibili z nõ dicit de modis affirmatiuis qd ostẽdit per negatiuos. dicẽdũ q qñ maior est affirmatiua mediũ z maior extremitas se hñt sicut sups z iferius z patet oĩbus q iferius põt ɔtingere alicui cui ex necessitate ɔtingit illũ supius ut albũ ɔtingit hoi coloratũ tñ ei ex necessitate inest. patet ei q aliqñ supius z inferius eidẽ pñt ɔtingere ut hoi ɔtingit tã ambulare q̃z mouere z ita pñs planũ est in mõ affirmatiuo seq ɔclõne de ɔtingẽti pro possibili nõ aũt ita de modis negatiuis. quãdo eniz maior est negatiua de inee mediũ z maior extremitas se hñt per dispõnẽ sicut opposita z appet tanq̃z regula q si vnũ oppositoz ɔtingẽter inest z reliquũ cõtingẽter remouet z ita appet q debeat seq ergo ɔtingẽs ad utrũlibet sicut minor est de tali cõtingẽti z ideo ostẽdit Ar. cõclõnẽ de ɔtingẽti pro possibili seq in modis negatiuis z nõ ostẽdit h de affirmatiuis sed supponit h tanq̃z manifestũ. ¶ Cõsequẽter dubitabit ulteri9 de h qd dictũ est istos modos posse in ɔclõnẽ de cõtingenti pro possibili videnť enim eẽ inutiles cõiug. sic oĩs cõiug solũ inferẽs cõclõnẽ necessariã gr̃a terminoz z gr̃a forme ar9i est inutilis sed talis est ɔiug que dicit iã posse in cõtingẽs pro possibili. pbatio forma manet eadẽ z dispositio. ɔclõ aũt est nũc de ɔtingẽti ad utrũlibet nũc de cõtingẽti pro necessario sicut pus ostẽsum est q̃re q sequat h uel illa cõclõ nõ cãbit dispõ uel forma ar9i sed tales termini. Adhc Ar. reputat cõiugõnẽ inutilẽ ubi põt inueniri instãtia in terminis sed in dictis ɔiugõnib9 est repire instãtiã in terminis. nõ enim sequit cõclõ de necessario ex quo iuenit stare cõclõ de cõtingẽti ad utrũlibet. sĩlr uel ecõuerso nõ seqtur ɔtingẽs ad utrũlibet cũ stet ɔclõ de necessario. solu9 aũt ad instãtiã patet p p̃hita ex a Adhuc nihil est in gñe qd nõ est i nã siue specie ergo nihil est in ɔtingẽti cõi qd est possibile qd nõ sit cõtingens pro necessario ul ɔtingẽs pro nõ necessario siue ad utrũlibet. si ergo dicat seq ɔtingẽs pro possibili aut h est q2 sequit tñ ɔtingẽs qd est necessariũ uel cõtingẽs quod est nõ necessariũ uel utrũq. si cõtingẽs pro necessario ɔtingit in his terminis mouẽs ambulãs h9 est ɔclõ ad utrũlibet. si tñ cõtingẽs qd est nõ necessariũ cõtingit in his terminis color albũ hõ est cõclõ de ɔtingẽti pro necessario. si seqtur utrũq tũc redibũt pme obiões. Ad oppositũ sic ubi inueniunť oẽs spẽs ipsius gñis inuenit ipsum genus simplr sed spẽs cõtingẽtis pro possibili sũt necessariũ z nõ necessariũ quoz utrũq inuenit sufficiẽter seq in dicta dispõne sicut patet in dictis terminis q̃re bñ dicet ɔtingẽs cõe qd accipit pro possibili seq in dictis cõiugõnib9. Adhc sicut ɔtingere inee cõe est ad necesse inee z ad possibile inee z ad nõ ee ita necesse cõe est ad inee simplr z inee ut nũc sed duab9 ppõnib9 sumptis de inee dicimus utilẽ cõiugõnẽ eẽ ad cõcludẽdũ ɔclõnẽ de inee q̃uis in aliqbus terminis cõclõ illa sit de inee simplr in aliqb9 aũt de inee ut nũc ergo silr dicet dispõ dictarũ ɔiugõnũ posse in cõclõnẽ de cõtingẽti simplr q̃uis illa cõclõ de ɔtingẽti in aliqb9 terminis sit de cõtingẽti pro necessario in aliqbus aũt de cõtingẽti pro nõ necessario

qd cõcedẽdũ est q̃uis enim dicte cõiugõnes inutiles sint quãtũ ad cõtingẽs pro necessario tñ uel quãtũ ad ɔtingẽs ad utrũlibet tñ sunt tñ utiles respectu conclõnis de ɔtingẽti simplr sicut inutilis est cõiugõ de duab9 ppõnibus de necessario respectu ɔclõnis de inee simplr z respectu cõclõnis de inee ut nũc. utilis tñ est respectu conclusionis de inee absolute z simplr. ¶ Ad obiecta dicẽdũ ad pmũ sic q ɔclõ de ɔtingẽti pro necessario sequit gr̃a terminoz sub forma cõi z silr ɔclõ de cõtingẽti pro non necessario sed respectu neutrius istoz ponit cõiugõ utilis. ɔclõ aũt de cõtingẽti pro possibili seqtur gr̃a forme z nõ gr̃a mãe z respectu huius ponit ɔiugõ utilis z ita cõiugõnẽ quã reputat utilẽ nõ solũ tenet gr̃a terminoz sed gr̃a diffinitionis z forme talis. ¶ Ad 2m dicẽdũ q ɔclõ de cõtingẽti pro necessario que stare põt in tali dispositione satis pbat q cõiugõ est inutilis z cõtingẽs pro nõ necessario uel ecõuerso sed h q utrũq cõtingẽs seqtur pbat cõtingẽs simplr qd est cõe seq z nõ respectu ipsi9 itaz dico gr̃a forme z diffinitionis sed solũ gr̃a terminoz sb forma cõi. ¶ Ad ultimũ ex iã dictis patet in ho dicit enĩ cõtingẽs pro possibili seq nõ solũ pro altero cõtetoz sed pro utroq ita q gr̃a diuersoz terminoz sequent diuersa cõtinuata z q2 nõ est iuentre terminos ubi nõ sequat h uel illud ideo modus silli9 attribuit ipsi cõi. s. cõtingẽti pro possibili z pmpte heat sile dictũ de inee. Si autem aliqs sic opponat in dictis cõiugõnib9 nõ seqtur contingẽs qd est necessariũ sicut dictũ est nec cõtingẽs qd est nõ necessariũ ergo neq seqtur simplr cõtingẽs. dicẽdũ q aliqd põt seq gr̃a mãe z sic seqtur utrũq dictoruz uel gr̃a forme z sic sequit neutz illoz. sed pp h nõ seqtur q nõ sequit cõtingẽs cõe. gr̃a enim forme sequit ɔtingẽs qd est cõe qd nihil est nisi in suis cõtẽtis semp erit cõclõ in terminis de cõtingẽti qd necessariũ de contingẽti ul qd est nõ necessariũ. ¶ Ultimo forte queret sufficiẽtia sillogismoz huius mixtionis z supponẽdũ est q maior sit ulis z q minor nõ sit negatiua de inee qbus suppositis patet q. xxxij. cõiugõnes q̃rũ octo sunt inutiles sunt ubi maior est particularis z minor ulis. silr alie octo ubi utraq pticularis. de octo vo hñtib9 utrãq ulem sunt sex utiles z due inutiles. silr et dico de illis octo que habent maiorẽ ulem z minorẽ pticularem q̃rũ contug. sex sunt inutiles due aũt utiles. si aũt aliqs querat rõnem suppositionum patet per p̃habita.

q Qñdo aũt h qdẽ ppõm ex necessitate inee uel nõ inee: illa vo ɔtingere sigt: sillus quidẽ erit hoc mõ se hñtibus termis: z pfectus. Qñ ad minorẽ extremitatẽ ponet necessariũ: ɔclõ aũt si pdicatum fuerint utriq termini ɔtingẽns z nõ inee erit: siue ulr siue nõ ulr ponatur termini. Si aũt sint: hic quidẽ affirmatiuus: ille vo puatiuus. Qñ quidem affirmatiuus fuerit necessarius: cõtingentis z nõ eius qd est nõ inee. Qñ aũt puatiuus z ɔtingẽtis nõ inee z nõ inee: siue ules siue nõ ules fuerit termini. Cõtigẽ aũt i ɔclõne codẽ mõ acapiẽdũ quo z in priori: eius aũt qd est ex necitate nõ iee nõ erit sills. aliud enim est non ex necessitate inesse: z ex necessitate non inesse.

¶ Hic determinat mixtionẽ cõtingẽtis z neciã in pma figura z diuidit in duas. in pma determinat ipsam totam in se. in scda cõparat eã ad p̃cedẽtẽ mixtionez cum dicit.

net idē ⁊ nō uiaẜ in illis ⁊ sic pꝫ rūsio ad tria p̄^o opposita
Ad 2^a opposita dicēdū ꝙ iductio reduciẜ in sillm nullū
tm̄ auferēdo ꝫ mltos termios i vnū reducēdo oīa singu
laria in vnū reduciẜ in sillz.sillr ex^m cū sit ex q̄tuor termi
nis reduciẜ in sillm vnicū ꝫ in duos ut pꝫ in cap^o de exē
plo. ¶ Cōnter forte dubitaẜ de eo qḋ ponit duos termi
nos ad signdū mediū vnū cū dicat ꝙ eadē ꝯ^o ꝯcludi per
plura media ut p.a.b.c.d.me^m eni est termin⁹ vnus ⁊ nō
plures. Et dicēdū ꝙ nō loquiẜ de medio ꝯsiderando id

qđ est sꝫ ꝯsiderādo ipm in rōne medij: mediū aūt i rōne medij relōnē hēt ad duo extrema que qdē relōnes faciūt sbaꝫ duaꝝ ꝓpōnū. qre cū ponit duas lras ꝓ medio vno īgit duas relōnes medij ad duas extremitates q̄ faciūt duas ꝓpōnes. ¶ Adhuc forte dubitaret aliqs de eo qđ dicit ibi ondēdo minorē sue rōnis. supponit eni ꝑus a.b.c.d. eē qđ termios ꝛ ꝯñter dicit ꝙ ex .a.b. aliqđ seqꝫ si .a.ꝛ.b. se hēant sic totū ꝛ ps. h eni vꝫ: nihil eē cui ex duob⁹ termis nihil seqꝫ. silr dicit ꝙ si ex .a.b. aliqđ seqꝫ aut ꝫ b. aut .c. uł .d. Qđ vꝫ nihil eē cū .c.ꝛ.d. sunt termini ꝛ termin⁹ vn⁹ ex nullo sequat. Et dicēdū ꝙ nō loqꝫ h de terminis absolute ꝯsiderādo tm̄ id qđ est: sꝫ ut est in ordinatiōe ꝓpōnis .s. sbm aut pdtū. vn̄ ꝑ oēm terminū intelligit terminū relatū ad aliū cū quo facit ꝓpōnē: ꝛ ita ois terminus dat itelligē sbaꝫ ꝓpōnis. vn̄ cū dicit ꝙ ex .a.b. aliqđ sequat. h est ꝫm ꝙ .a.ꝛ.b. sūt due extremitates copulate ad medium vnum: ꝛ sic patet utrūqꝫ quesitum.

b Ec aūt manifestano palam qm̄ ex duab⁹ ꝓpōnib⁹ ꝛ nō plurib⁹. naꝫ tres termini due sunt ꝓpōnes: nisi assumant queadmodū in ꝑorib⁹ dictū est ad ꝑfectionē silloꝝ. Manifestū igit qm̄ in qua ōrone sillica nō pares sunt ꝓpōnes ꝑter quas fit ꝯclo ꝑncipalis: q̄sdā eni ꝯclo nū supioꝝ necēum esse ꝑ ꝓpōnes: hec ōro nō sillogizauit aut plura necessarijs interrogauit ad ꝯclonem.

¶ Hic uerificat Ar. qđ suppositū est de nūo ꝓpōnū ꝛ diuidit in duas. in ꝑma manifestat nūm ꝓpōnū in se. in 2ª cū dicit. ⌊ ꝫm ꝫ ꝑncipales. ⌋ manifestat idē in cōparatione ad termios ꝛ ad ꝯōnes. In ꝑª pie ꝑ⁰ ondit qđ itēdit. 2⁰ ex h ondit correlariū. ondit aūt itētū sic. Ois sill's fit ex trib⁹ terminis. sed tres termini nō faciūt nisi duas ꝓpōnes ꝫ ois sill's vnus hēt duas ꝓpōnes. maior huı⁹ rōnis p̄ximo añ ondsa est. ꝯōnē ponit in ꝑn⁰ cū dicit h aūt. scđo ponit maiorē. ꝛ h est. ⌊ nā tres termini. ⌋ ꝛ itelligo ꝙ tres termini sūt ꝓpōnes due mair qı sūt tm̄ mā. ꝛ addit ꝙ nō etiam plures q̄ꝫ due ꝓpōnes nisi assumat aliquid eum ꝑncipali sillo. sic si fiat ꝓsill'us. ꝛ h est. ⌊ nisi assumant. ⌋ ¶ Coñter ꝯcludit correlariū ꝛ est ꝙ si plures ꝓpōnes duab⁹ accepte sint ad sillandū. h eni dñ ꝯtigit si assumat aliq̄ ꝓpō alicui⁹ ꝓsillısi ita fit aut nō erit talis rōcinatio sill's aut plura interrogant ꝓpōnib⁹ ꝑncipalib⁹ ꝛ uocat ꝓpōnes ꝑncipales ꝛ necias sic in 8⁰ thopicoꝝ maiorē ꝛ minorē ꝑncipalis silli ꝛ hec est. ⌊ manifestū igit. ⌋

¶ Scđm ergo principales ꝓpōnes sūpris sillis erit ois sill's. ex ꝓpōnib⁹ qdē parib⁹: ex terminis vo imparib⁹. vno eni plures sunt termini ꝓpositionibus: erunt aūt cōclusiones dimidietas ꝓpositionum.

¶ Coñter dat nūm ꝓpōnū in cōpatiōe ad termios ꝛ ꝯōnes ꝛ h ꝑmo in sillo vno ꝑn͡ᵗ ꝛ simplr. 2⁰ in sillo nō vno simplr cū dicit. ⌊ qm̄ aūt ꝑ añsillos. ⌋ in ꝑª sic ꝓcedit. ꝑ⁰ cōpat nūm ꝓpōnū ad termios dicēs ꝙ in sillo ꝑncipali semp termini excedūt ꝓpōnes. sūt eni ꝓpōnes due. termini vo tres ꝛ h est. ⌊ ꝫm ꝫ. ⌋ 2⁰ cōpat eas ad ꝯōnes dicēs ꝙ in sillo ꝑncipali ꝯ⁰ est medietas ꝓpōnū ꝛ h est itel ligēduꝫ qꝛ se hēt in sbdupla ꝓportione ad ꝓpōnes. sunt enim ꝓpōnes due ꝛ ꝯ⁰ vna. ꝛ h est. ⌊ erunt aūt. ⌋

¶ Qm̄ aūt ꝑ añsillos ꝯcludit aut per plura media nō ꝯtinua ut .a.b.ꝑ.d. ꝛ multitudo qdeꝫ terminoꝝ vno silr supabit ꝓpōnes aut eni extrisec⁹ aut ad mediū ponet itercidēs termin⁹. utroqꝫ aūt mō accidit vno min⁹ eē iterualla q̄ꝫ termios: ꝓpōnes sūt eq̄les sunt iteruallis: nō tm̄ hec semꝑ qdeꝫ ꝑfecte erūt illi vo abūdātes sꝫ ꝑmutatim cū ꝓpōnes qdē sunt ꝑfecte abūdātes termini cū vo termini ꝑfecti abūdātes ꝓpōnes sit eni cuꝫ vno termio vna addit ꝓpō vndecūqꝫ addat termin⁹. Quare qm̄ he qdem ꝑfecte ille vo abūdātes erāt nece est trsnsmutare eadē additione perfecta.

¶ Coñter cōpat ꝓpōnes ad termios ꝛ ꝯōnes in sillo non simplr vno ꝛ diuidit in duo. in ꝑª cōpat ad termios. in 2⁰ ad ꝯōnes cū dicit. ⌊ ꝯōnes aūt. ⌋ in ꝑte ꝑ⁰ ondit siue ondere itēdit ꝙ eodē mō se hēt nūs termioꝝ ad nūꝫ ꝓpōnū. s. excedēdo ꝫm vnū in sillo nō simplr vno sic in sillo vno ꝛ ꝓbat sic. ꝑ⁰ ponit ꝯōnē dicēs ꝙ siue sillatur aliqđ coassumēdo ꝓsillos siue sillet ꝑ multa media nō ꝯtinua .s. nō ad eādē ꝯōnē ordiata. silr se hēbit nūs terminoꝝ ad nūꝫ ꝓpōnū. sicut in sillo simplr vno. s. excedēdo in vno ꝛ h est. ⌊ qm̄ aūt ꝑ añsillos. ⌋ 2⁰ h ondit ꝑ hāc rōnē i sillo nō simplr vno. aut accipit terminus extrisecus respectu termioꝝ ꝑncipalis silli. s. sup maiorē uł sb miorē. aut accipit termin⁹ itrisecus iter mediū ꝛ alterā extremitatē sꝫ siue sic siue sic semꝑ erūt ꝓpōnes vno pauciores termis. ꝯ⁰ h⁰ posita ē. ꝑ⁰ ꝫ ponit maiorē ꝛ h est. ⌊ aut eni extrisecus. ⌋ 2⁰ minorē ꝛ h est. ⌊ utrūqꝫ eni. ⌋ 3⁰ remouet quandā dubitationē iux ꝑdicta. Quia enim dixit ꝙ silr se hēt nūs terminoꝝ ꝛ ꝓpōnū in sillo nō simplr vno posset aliqs putare ꝙ sic in sillo vno ꝛ ꝓpōnes semꝑ pares sunt termini aūt ipares sic eēt in sillo semꝑ nō simplr vno. ꝛ h remouet dicēs. ꝙ in h silr se hūt ꝫm paritatē ꝛ iparitatē qꝛ additio vni⁹ termini vnā addit ꝓpōnē. vn̄ cū termini sint pares ꝓpōnes sunt impares ꝛ econuerso. ꝛ h est. ⌊ non tamen semper. ⌋

¶ Cōclōnes aūt nō amplı⁹ hēbūt eūdē ordinē neqꝫ ad terminos neqꝫ ad ꝓpōnes: vno eni termio addito ꝯclōnes adiūgentur vno pauciores ꝑexistētib⁹ terminis: ad solū eni ultimū nō facit cōclōnē: ad alios aūt oēs ut eis que sunt .a.b.c. sdiaceat .d. statim: ꝛ ꝯclōnes due adiacēt que sd .a. ꝛ que ad .b. silr aūt ꝛ in alijs. Si aūt ad mediū itercidat eodē mō: ad vnū eni solū nō facit sillm: q̄re mlto plures ꝯclōnes ꝛ terminis erunt ꝛ propositionibus.

¶ Coñter cōpat ꝓpōnes ad ꝯōnes in sillo nō simplr vno ꝛ h facit in cōparādo eꝫ⁰ ꝯōnes ad ꝓpōnes ꝛ ꝓcedit sic. ꝑ⁰ dicit ꝙ nō silr se hēt nūs ꝯōnū ad termios ꝛ ꝓpōnes in sillo nō vno sic in sillo vno qꝛ addito vno termio terminis ꝑncipalr silli addunt nouē ꝯōnes vno pauciores ꝑexistētib⁹ terminis ꝛ h est. ⌊ ꝯōnes aūt. ⌋ 2⁰ h declarat ꝛ ꝓcedit sic. ꝑ⁰ manifestat h accipiēdo terminum nouū extrisecus. 2⁰ accipiēdo ipm itrisecus. extrisecus aūt pōt accipi duplr. s. aut sb miorē: aut sup maiorē. sic ꝫ ꝑncipalis silli. Oē .b. est .a. oē .c. est .b. ꝫ oē .c. est .a. ꝛ accipiat .d. sb .c. ꝛ pꝫ ꝙ addunt due noue ꝯōnes. vna ad .b. alia ad .a. Ad .b. e. sic oē .c. ē .b. oē .d. ē .c. ꝫ oē .d. est .b. Ad .a. sic oē .c. ē .a. oē .d. est .c. ꝫ oē .d. ē .a. ꝛ h ē. ⌊ ad solū aūt ultimū. ⌋ Ad hec accipiat nouus termin⁹ sup maiorē ut .d. sit .a. ꝛ addit vna noua ꝯ⁰ ad .b. sic oē .a. est .d. oē .b. est .a. ꝫ oē

b.est.d. Alis aūt ad.e.sic oē.a.est.d.oē.c.est.a.ḡ oē.c.ē.d. ꝛ aliud sigi utibi. [sitr aūt in alys.] Est enī sic itelligēdū. a.in alys acceptionib⁹ extrisecis sup maiorē uł sub medio. Coñter manifestat idē accipiēdo itrisec⁹. si enī iter a.ꝛ.b.accipiatur.d.addentur due noue ꝓpōnes.vna que concludit.a.de.b.per.d.mediū sic.omne ~~b.est.d.~~ omne d.est.a.ḡ omne.b.est.a.alia que cōcludit.d.de.c.per.b. mediū sic oē.b.est.d.oē.c.est.b.ḡ oē.c.est.d.sitr aūt si ponat terminus iter mediū ꝛ minorē extremitatē.si eni accipiat.d.iter.b.ꝛ.c.erit vna ꝯ⁹ noua ꝯcludēs.b.de.c.per d.mediū ꝛ alia ꝯcludēs.a.de.d.per.b.mediū.ꝛ hoc est. [si aūt ad mediū.] Jꝑz igit q addito vno termino pncipalis terminis silli siue itrisecus siue extrisecus addētur ꝓpōnes noue vno pauciores terminis ꝑexñtib⁹ qꝛ eadez rō est in additiōe multoꝝ terminoꝝ successiue ꝛ in additiōe vnius ꝛ h̄ satis facile est m̄rē in terminis resoluēdo ordinē terminoꝝ in sbā. Ex hys aūt ꝯcludit q in sillo nō vno simplr multo plures ꝯungit eē ꝓpōnes terminis ꝛ ꝓpōnib⁹ ꝛ h̄ē [mlto plures.] ¶ Dubitat h̄ de h̄ qd dicit tres termios facē duas ꝓpōnes tot enī sunt termini in enti⁹ quot in sillo ꝛ ita tres ꝛ tm̄ vnica ꝓpō. Et dicēduz q lz vnica sit expssa ꝯm ꝯmonē:tm̄ intellect⁹ nō admittit ꝓpōnē nisi coacciplat aliā ꝓpōm ad minus itellectā: vñ lz nō sint ibi due ꝓpōnes expsse m̄ ibi est mā duaꝝ ꝓpōnum. ¶ Coñter forte dubitat de eo qd dixit in sillo vno ꝓpōnē eē medietatē ꝓpōnū.est enī aliqs sills vnus q pōt in.d.ꝓpōnes sic pꝫ ex p̄dictis. ꝛ ita aliqn̄ sunt tot ꝓpōnes quot ꝛ ꝓpōnes in vno sillo. Et dicēdū q in oī sillo vno vna ꝯ⁹ segt p̄⁹ ꝛ per istā alia.li alia segt ꝛ de illa ꝓpōne loquit Arꝫ.que p̄⁹ segt ꝛ illa tm̄ vnica est.vñ lz in mixtiōe necē ꝛ ꝯtingētis sequat duplex ꝯ⁹ aliqn̄ illa de iesse vna tm̄ p⁹ segt sic pꝫ ex pñtis ubi due sequitur. ¶ Coñter dubitat de eo qd dicit q semꝑ nūs ꝓpōnum minor est nūo termioꝝ. Jn vno vꝫ q nō sit pncipalis termini.a.b c.ꝛ iter.b.ꝛ.a.accipit.d.iā ḡ addite sunt due noue ꝓpōnes.s.oē.b.est.d.ꝛ oē.d.est.a.ꝛ p̄us fuerunt due q̄re manēt q̄tuoꝛ ꝛ termini adhuc nō sunt nisi q̄tuoꝛ. Adhuc ondit.a.c.ꝯ⁹ per.b.mediū ꝛ deide eadē oñdat per.d.medium ꝛ erūt tm̄ adhuc q̄tuoꝛ termini ꝛ q̄tuoꝛ ꝓpōnes. Sꝫ dicet q sic accipiunt plura media ꝯtinua eē ad eadē ꝓpōne:ꝛ nō accipiunt per plura media nō ꝯtinua diuse ꝓpōnes.ꝛ h̄ nō est ꝯ Arꝫ.loqt enī ubi fuerūt ptlia ut plura media nō ꝯtinua.i.nō ad eadē ꝓpōnē sic pꝫ i textu. ¶ Sꝫ tūc opponat accipiant enī tres termini diūsi a ꝓonib⁹ ut e.f.g.ꝛ sillet.e.de.g.per.f.mediuz ꝛ pꝫ q iā in vniuerso q̄tuoꝛ sunt ꝓpōnes ꝛ termini:q̄re nūs terminoꝝ plusq̄ per vnū excedit nūm ꝓpōnū ꝛ pꝫ q dicta media sūt nō ꝯtinua. ¶ Et dicēdū ad h̄ᵐ q nō uocat hic Arꝫ.ꝓpōnē nisi imediatā distātiā duoꝝ terminoꝝ.vñ cū iter.a.ꝛ.b. accipiat.d.mediū iā corrūpit vna ꝑexñtū ꝓpōnuꝫ ꝛ sit ꝯ⁹ ꝛ manet tm̄ vna illaꝝ gñant enī due p̄misse noue adhuc erat vna ꝛ ita non sunt nisi tres ꝓpōnes:sꝫ q̄tuoꝛ termini. Ad ultimū dicēdū q Arꝫ.nō loqt de tali acceptione terminoꝝ ubi accipiunt silli diūsi penit⁹ nō coicātes sꝫ loquit de medys platis ad diūsas ꝓpōnes per additionē vni⁹ termini ad terminos ꝑexistētes alicui⁹ pncipalis silli:ut si sb.c.accipiat.d.iā enī est sillare.b.uł.a.de.d.p e.mediū ꝛ p̄us sillatū est.a.de.c.p.b.ꝛ sic sunt plura media nō ꝯtinus de qb⁹ loqt Arꝫ. Notādū āt q p añ sillos figit Arꝫ.acceptionē terminoꝝ itrisecus iter mediū ꝛ alterā extremitate:sic enī accipiunt termini ad ꝓsillos faciēdos p media nō ꝯtinua figit acceptionē terminoꝝ extrinsecus sb minore uł sup maiorē enim accipiunt termini ad diūsas ꝓpōnes faciendas. ¶ Adhuc solet queri quō vno termino addito addat tm̄ vna ꝓpō.qꝛ si accipiatur terminus itrisecus gñant due noue ꝓpōnes sic pꝫ ex p̄cedētib⁹. Et dicendū q itellē est q nūs ꝓpōnū augēt in vno:addito termino nouo. ¶ Adhuc forte dubitat de eo qd dicit q addito termino extrinsecus ad solum ulti mū nō fit ꝯ⁹. aut enī supponit ibi ultimū pro maiore extremitate aut pro minori aut pro utraqꝫ. Et dicenduz q ultimū supponit ibi pro altera extremitate idetermīate qꝛ cū addit termin⁹ extrinsecus sup maiorē tūc ad ipam nō fit ꝯ⁹. Quādo autem addit sb minore est:tunc ad ipsam nō fit ꝯ⁹.semꝑ enīz ad illā extremitatē que proxima est termino itrinsecus assumpto nō fit noua ꝯ⁹:sꝫ ad relīquā ꝛ ad medium. ¶ Ultimo dubitat de eo qd dicit q cū sumit terminus itrinsecus ad vnū soluz tm̄ nō fit ꝯ⁹. Si enī accipiat.d.iter.b.ꝛ.c.erit vna ꝯ⁹ addita ꝯcludēs a.de.d.per.b.q̄re ad.a. addita est ꝯ⁹ alia aut ꝯ⁹ additur ꝯcludēs.b.de.c.per.d.ꝛ ita addita est noua ꝯ⁹ ad.b.ꝛ ad c.ꝛ ita nullus est terminus ad quē nō addit ꝯ⁹. Et dicēdū q itellē ꝯmonis est q tot addunt noue ꝓpōnes quot fuerūt ꝑexistentes termini excepto vno:ꝛ ita vult q ꝯm nūm cuilibet termino respondeat noua ꝯ⁹ ꝓpter vnum.

Q Uoniam autem habemus de quib⁹ fiunt sillogismi ꝛ quales in vnaquaqꝫ figura ꝛ quot modis monstrat:manifestuz est ꝛ que ꝓpositio facile ꝛ que difficile argumētabilis est:nā que in plurib⁹ figuris ꝛ per plures casus ꝯcludit facilis:que aūt in paucis ꝛ per pauciores difficilius argumentabilis.ergo affirmatiua quidem vniuersalis per primā figuram tm̄ monstratur ꝛ per hanc vno modo:priuatiua v̄o ꝛ per primam ꝛ per mediam:per p̄mā quidem vno mō: per mediam aūt dupliciter. Particularis autem affirmatiua per primā ꝛ per postremam. vno mō qdē per primā.tripliciter v̄o per postremā:priuatiua v̄o particularis in oībus figuris monstratur:uerum in p̄ma qdem semel:in media autem ꝛ postrema. in hac quidez dupliciter: in illa aūt tripliciter. Manifestum est igitur qm̄ vniuersalē affirmatiuam ꝯstituere quidem difficillimū:destruere aūt facillimuꝫ.

¶ Postq̄ determinauit gñatiouē silloꝝ ꝛ pncipis ibidez supposita.uerificauit in hac pte qdā correᵐ ex p̄cedētib⁹ manifestū oñdit ꝛ ꝓcedit sic.p̄⁹ ꝯcludit illud dicēs q ex p̄cedētibus manifestuz esse pp que ꝓpō est facile terminabilis per sillogismū ꝛ que difficile ꝛ h̄ est. [qm̄ autem.] secūdo illud p̄tractat ꝛ uerificat. ꝛ diuidit in duas.in prima cōparat ꝓpōnem vniuersalē affirmatiuam ad omnes alias penes facile in terminādo.in secūda cum dicit. [omnino aūt.] cōparat ꝓpōnes vniuersales ad particulares. Jn p̄ma oñdit q vniuersalis affirmatiua difficillima est omniū ad ꝯstruēdum ꝛ per ꝯsequens facillima ad destruendum per hanc rōnem:ꝯclu⁹ que in figuris pluribus ꝛ pluribus modis sillogizatur facilius cōstruitur ꝛ que paucioribus difficilius sed vniuersalis affirmatiua tm̄ in vnica figura ꝛ vno eius modo sillogizatur omnes autez alie in pluribus figuris ꝛ modis.ergo vlis affirmatiua difficilius cōstruet oībus alys.ꝛ per cōsequens facilius destruit.huius rationis p̄⁹ ponit maiorē ꝛ hec est. [nā que in plurib⁹.] 2⁹ minorē ꝛ hec est. [ergo affirmatia.] 3⁹ ꝯcludit ꝓpōnē ꝛ hec est [manifestū igit.]

¶ Omino aūt est interimere ulia q̄ꝫ particularia facilius.etenim si nulli ꝛ si alicui non

insit iterẽptũ est: hoꝝ aũt alicui quidẽ nõ in oĩbus figuris monstrat: nulli aũt in duabus. Eodẽ aũt mõ ⁊ in ꝑticularibus: etenim ⁊ oi ⁊ si alicui interẽptũ est: qđ est ex principio: hoc autẽ fit in duab⁹ figuris: in ꝑticularib⁹ aũt simplr: aut omni: aut nulli ostẽdendum inesse.

℃ Cõiter cõparat uľes ꝓpõnes ad ꝑticulares. ⁊ diuidit in duo. qꝛ ꝑmo cõparat ea quo ad facile ⁊ difficile in terminãdo. scđo penes ipsam terminationẽ cũ dicit. [oĩno autem opꝫ nõ.] ꝑma in. d. qꝛ ꝑmo cõparat eas penes facile ⁊ difficile in destruẽdo. scđo penes facile ⁊ difficile in cõstruẽdo cum dicit. [ꝯstruẽti aũt.] In ꝑma pte ostẽdit ꝙ uľes ꝓpões facilius est destruẽ ꝙ̃ ꝑticulares: sic que pluribus modis destruit põt facilius destrui ꝙ̃ que vnico mõ: sꝫ uľis destrui põt plurib⁹ modis qꝛ tam per ꝯtrarium ꝙ̃ per ꝯdictionẽ: ꝑticularis aũt vno mõ. s. per contradictoriã. uľis ꝗ̃ facili⁹ destruit ꝙ̃ ꝑticularis. Huius rõnis ꝑmo ponit ꝓpõnem ⁊ h est. [oĩno aũt.] scđo minorem ibi ꝙ ponit ꝑmo ꝑmã partez minoris ⁊ declarat ⁊ h est. [etenim si nulli.] scđo scđaz ⁊ h est. [in ꝑticularib⁹ aũt.]

℃ Construẽn aũt facilius est ꝑticularia: nã ⁊ in pluribus figuris ⁊ per plures casus.

℃ Cõiter cõparat uľes ⁊ ꝑticulares ꝓpões ⁊ penes facile ⁊ difficile in ꝯstruendo: ⁊ dicit ꝙ ꝑticularis facilius construit ꝙ̃ uľis. sic illa facilius cõstruit que plurib⁹ figuris ⁊ plurib⁹ modis sillatur. sed ꝑticularis plurib⁹ modis ⁊ plurib⁹ figuris sillatur ꝙ̃ uľis ergo ꝑticularis facili⁹ construit uľi. h⁹ rõnis ꝑmo ponit ꝓpõnem ⁊ h est. [cõstruẽti aũt.] scđo minorẽ ⁊ h est. [nã ⁊ in pluribus.]

℃ Oĩno aũt oportet nõ latere qm̃ destruere quidẽ pse iuicẽ est uľia per ꝑticularia: ⁊ hec per uľia: ꝯstruere aũt nõ est per ꝑticularia uľia: per illa ꝟo hec est: nã si omni ⁊ alicui simul: aũt manifestuz qm̃ destruere ꝙ̃ cõstruere facilius. Quomõ ergo fit oĩs sillus ⁊ per quot terminos ⁊ ꝓpões: ⁊ ꝙ̃ se hñtes ad inuicẽ. Amplius autẽ que ꝓpõ in vnaquaqꝫ figura: ⁊ que i plurib⁹ ⁊ que in pauciorib⁹ monstrat: palaz est ex hijs que dicta sunt.

℃ Cõiter cõparat ꝓpões uľes ⁊ ꝑticulares penes suã terminationẽ. s. penes ꝯstructionẽ ⁊ destructionẽ dicẽs ꝙ uľe ⁊ ꝑticulare mutuo sese interimũt sed nõ mutuo sese ꝯstruũt. uľe enim ꝯstruit ꝑticulare ⁊ nõ eꝯ⁹. ⁊ ex hoc patet ꝙ oĩno facilius in hijs destruẽ ꝙ̃ ꝯstruẽ ⁊ h est. [oĩno aũt nõ opꝫ.] ꝯsiter breuiter epilogat oĩa a principio ⁊ h est. [quomõ ergo fit oĩs sillus.] ℃ Dubitaret forte aliqs de eo qđ vult uľem affirmatiuã eẽ difficiliorẽ aliis ad ꝯstruẽdũ. uidet enim ꝙ equalis sit difficultas ad cõstruendũ uľem negatiuam. qꝛ equalitas est ꝑticulariũ utrobiqꝫ quare equalis difficultas ad cõstruẽdũ eoꝝ acceptione: sed acceptio oĩum ꝑticulariũ est cõstructio uľis quare equalis est difficultas in ꝯstructiõe uľis affirmatiue ⁊ negatiue. Et dicẽdũ ꝙ ꝯ⁹ uľis põt cõstrui per inductionẽ in ꝑticularib⁹ ⁊ sic est uerũ ꝙ opponebat uel per sillm ⁊ sic intẽdit hic Ar̃s. ⁊ sic facilius est cõstruere uľem negatiuã ꝙ̃ uľem affirmatiuã. ℃ Sed nic̃ iteri⁹ forte dubitaret ꝗre vniuersalis affirmatiua in vna figura sillet cũ uľis negatiua sillet in pluribus. Et dicẽdũ ꝙ mediũ in ꝑma figura est sub maiore ⁊ seqtur si interius inest alicui uľr sumpto qđ supius illi eidẽ

quare si mediuz de minori affirmet sequit affirmatiua maioris de eodẽ uľr dico cum maior fuerit affirmatiua. ⁊ ideo in ꝑma figura sequi põt uľis affirmatiua: uľis aũt negatiua sequi põt in utraqꝫ eo ꝙ qñ mediũ ⁊ maior extremitas sunt dispata cuicũqꝫ vnũ inest uľr eidez uľr nõ inest reliquũ. ⁊ ideo siue sbm siue ꝑdicatũ maioris ꝓpositionis uľis negatiue insit minori extremitati uľr sequitur remotio reliqui ab eodẽ uľr ⁊ ita ꝯcludet uľis negatiua tam per ꝑmã ꝙ̃ per secũdã. si enim affirmet sbm maioris ꝓpõnis de minore extremitate fiet sills in ꝑma figura. si aũt ꝑdicatuz fiet in scđa. ℃ Adhuc forte queret quare pluribus modis ⁊ figuris sillatur ꝑticularis ꝯ⁹ ꝙ̃ uľis. Et dicẽdũ ꝙ rõ hui⁹ pꝫ respiciendo dispõm ꝑmissarũ in omni figura. In ꝑma enim ⁊ scđa figura altera ꝓpositione existe ꝑticulari necesse est conclusionẽ esse ꝑticularem. In tertia autem necesse est oẽm ꝯclusionem ꝑticularẽ. ⁊ causa istoꝝ est ꝑus dicenda ⁊ ex hoc satis patet ꝙ ꝑticularis per plures figuras ⁊ modos ꝯcludit ꝙ̃ uľis. ℃ Adhuc si queraẽ quare negatiua ꝑticularis in pluribus sillet ꝙ̃ affirmatiua ꝑticularis per supius habita patet rñsio h est qꝛ scđa figura nõ põt ꝯclusionem affirmatiuã cuius causa dicta est prius.

q Uomõ autẽ idonei erimus semper sillogizare ad ꝓpositũ ⁊ per quam viã sumemus: que circa vnũqđqꝫ sunt ꝑncipia dicẽdũ est nũc: nõ enim solũ oportet fortasse gñationẽ ꝯsiderare silloruz. sed ⁊ potentiã hẽre faciẽdi. oĩum igit que sunt hec sunt talia: ut de nullo alio ꝑdicenẽ uere uľr: ut cleon ⁊ callias ⁊ qđ singulare ⁊ sensibile est: de hijs aũt alia: nam homo est aĩal ⁊ uterqꝫ eoꝝ est: alia ꝟo ipsa qdẽ de aliis ꝑdicant: de hijs aũt alia nõ ꝑdicant: alia aũt ⁊ ipa de aliis ⁊ alia de ipsis: ut hõ de ballia ⁊ de hoĩe aĩal. Qm̃ ergo quedã eoꝝ que sunt de nullo nata sũt dici palã: nã sensibiliuz pene vnũqđqꝫ est huiusmodi ut de nullo ꝑdicet: nisi ut ꝑm aĩns: dicimus eniz albũ illud socratẽ esse ⁊ ueniẽs callias. qm̃ aũt in sursuz ꝓgẽtib⁹ stat tur qñqꝫ: rursum dicem⁹ nũc aũt sit hoc positũ de hijs ꝙ̃ nõ ẽ demõstrare ꝑdicatũ aliqđ nisi ꝑm opinionẽ. Sed hec de aliis: neqꝫ singularia de aliis: sed alia de ipsis: que aũt in medio sũt manifestũ: qm̃ utroqꝫ mõ ꝯtigit: nam ⁊ hec de aliis ⁊ alia de hijs dicenẽ: ⁊ pene rationes ⁊ ꝯsiderationes sunt maxime de hijs.

℃ Postqꝫ determinauit Ar̃s. ordinationẽ medij respectu extremoꝝ: hic intẽdit de eius inuẽtione: ⁊ qꝛ intẽdit inuẽtionẽ medij in quãtũ mediũ est ⁊ eius ordinatio respectu extremoꝝ est via in istã inuẽtionẽ. Ideo ꝑus de ordinatione determinauit ꝙ̃ de iuẽtione ⁊ fuit illa ꝑma pars ante hanc scđam. aliter autẽ põt dici ⁊ forte melius. s. ꝙ hucusqꝫ determinauit ex quibus ⁊ qualibus sic. Oĩs sills qđ ꝑtinet ad silloꝝ gñ ationẽ in hac pte determinat artẽ ⁊ potestatem faciendi sillos: ⁊ patet ordo qꝛ ꝑus est cognoscere ex quibus ⁊ qualibus fiet res ꝙ̃ habere artem faciendi. frustra enim dareẽ ars faciendi eam: nisi sciret ex qb⁹ ⁊ ex qlib⁹ fieri deberet. hanc aũt diuisionẽ significat

tum epilogus p̄cedentiũ q̄ȝ prohemiũ subsequentiũ. ars autē ꝛ potestas faciendi sill'm consistit in medij sillogistici inuētione: ꝛ ideo determinat h̄ inuentiōem medij sillogistici. Diuidit aũt hec ps in p̄he^m ꝛ tractatũ. in prohemio dat inuētionē dicēs q̄ nũc dicēdũ per quã viam accipi possit mediũ ad esse p̄blema terminãdum. ꝛ dico mediũ sillogisticũ: ꝛ ēt quō se hēant p̄ncipia p̄p̄ria circa vnũq̄dq̄ȝ genus ꝛ addit rōnem h^o. ꝛ est q: nō soluȝ opȝ gn̄ationē silloꝝ cognoscē sed opȝ hēre p̄tātem faciendi eos ꝛ in hoc v̄o ex p̄sse sigt̄ p̄dictã rōneȝ ꝛ hec est. ⌊ quō sũt idonei. ⌋ Tractat^o diuidit in. d. in p̄ma determinat p̄n^a terminãdi oē p̄positũ s̄m opinionē p̄p̄riã. in 2ª cuȝ dicit. ⌊ qm̄ diuisio per gn̄a. ⌋ remouet quãdã viam non necessariã positã a ab alijs. Adhuc p̄ma in. d. in p̄ma determinat viã inueniēdi coīa p̄n^a. in scd̄a cum dicit. ⌊ s̄m singuliũ aũt eoꝝ. ⌋ viã sumēdi p̄p̄ria. p̄n^a p̄ma in. d. in p̄mo determinat que ꝛ qualia sunt eligēda siue ĩspiciēda ad omne p̄positũ terminãdũ. in scd̄a cum dicit. ⌊ palam aũt qm̄ tres terminos. ⌋ ondit sufficiētiã artis sue manifestãs q̄ ad hoc ĩspiciēdo ꝛ nō ad aliã fit oīs sill's. p̄^a etiã in. d. in p̄ma determinat ad que ĩspiciēdũ est in scd̄a cuȝ dicit. ⌊ opȝ ergo p̄p̄ositiones. ⌋ ad qualia ꝛ quō se h̄ntia ordo patet in oibus. intēdit igit̄ p̄mo q̄ ĩspiciēdũ sit ad mediũ ꝛ ponit sic. p̄^o diuidit ea que sunt per ea que s̄biciunt̄ tantũmō sicut sunt singularia ꝛ per ea que p̄dicãtur tm̄ ut gn̄alissima: ꝛ per ea que subiciunt̄ p̄ntur euiusmodi sunt media ꝛ h̄ est. ⌊ oīuȝ igit̄ que sunt. ⌋ scd̄o ista mēbra magis p̄tractat ꝛ declarat dicēs q̄ indiuiduuȝ nō p̄dicat̄ nisi s̄m acc̄ñs nec de aliquo sill'atur sed alia de eo: gn̄alissimũ aũt est in quo est status in sursuȝ: ꝛ h̄ supponēdum est. in posterioribꝰ aũt ondet̄ ꝛ illud de alijs sillogizat̄ sed nihil de ip̄o nisi fuerit p̄dicatuȝ trãscēdens. Que aũt in medio sunt ꝛ subiciunt̄ ꝛ p̄dicant̄ ꝛ ad h̄ inspiciēdo sic sequit̄ omnis sillogistica cōsideratio ꝛ dicit p̄ene quia aliq̄n sunt extrema media in sillogismo: sed raro ꝛ h̄ est. ⌊ qm̄ ergo quedam. ⌋

Oportet ergo p̄p̄ōnes circa vnũquodq̄ȝ sic sumere supponentē ip̄m primum ꝛ diffinitiones ꝛ quecũq̄ȝ sunt p̄p̄ria rei: deinde ponit hec quecũq̄ȝ sequuntur rem ꝛ rursum que res sequit̄ ꝛ quecũq̄ȝ non contingunt eidem inesse: quibus autē ipsa nō contingunt non sumendũ eo q̄ conuertitur priuatiua: diuidenda autē sunt ꝛ eorũ que sequũtur quecũq̄ȝ in eo qd̄ quid est ꝛ que p̄p̄ria ꝛ quecũq̄ȝ ut accn̄tia p̄dicantur ꝛ hoꝝ que s̄m opinionē ꝛ que s̄m ueritatem: quãto enim pluriuȝ taliuȝ abundauerit quis citius inueniet cōclusiones: quando aũt ueroꝝ magis monstrabit.

Habito ad que ĩspiciēdũ est q: ad media. p̄nter q̄lia ꝛ q̄mō se h̄ntia inspiciēda sunt ꝛ eligēda ꝛ h̄ p̄^o in uñr: nō amplius ad diuisa p̄posita cum dicit. ⌊ p̄struē aũt uolētib^o. ⌋ p̄ma in. d. in p̄ma determinat qualia ꝛ q̄mō se h̄ntia eligenda sunt gn̄alr̄. 2° sp̄alr̄ cuȝ dicit ⌊ opȝ aũt eligē. ⌋ In parte p̄ma sic p̄cedit. p̄mo dicit q̄ p̄posita q̄ōne que dȝ terminari ĩspiciēdũ est que sunt ꝯuertibilia s̄bo ꝛ p̄to cuiusmodi sunt diffinitiones ꝛ descriptiones: ꝛ ad hec ꝯsiderãdum aũt ꝛ ꝯn̄ns ꝛ a̅ntia ꝛ ex̄nea siue repugnãtia ꝛ sigt̄ modũ accipiēdi repugnãtia dicēs q̄ accepto illo qd̄ rei nō ĩest nō opȝ q̄rē illud cui res nō inest q: illd̄ est ēt rei nō inest: ut patet ex ꝯuersione uñis negatiue ꝛ h̄ est. ⌊ opȝ ergo p̄p̄ōnes. ⌋ scd̄o addit de ꝯsequētib^o dicens: q̄ quedã sunt eēntialia quedã accn̄talia. ꝛ accn̄taliũ que

dam sunt p̄p̄ria ꝛ quedã sunt coīa. ꝛ coium quedaȝ sunt s̄m opinionē coīa ꝛ quedã s̄m ueritatē: ꝛ h̄ est intelligēdum q̄ quedã sequũtur frequēter ꝛ quedã semp. ut p̄ot sic ĩtelligi. quedã p̄dictoꝝ accn̄taliũ quedã sequũtur s̄m opinionē quãtũ ad ꝯstitutionē p̄p̄ōnis p̄babilis. quedã s̄m ueritatē: ꝛ quãtũ ad p̄p̄ōnem demr̄atiuã faciēdaȝ ꝛ h̄ est. ⌊ dicēdũ aũt. ⌋ tertio ponit rōnem de p̄dictis dicēs q̄ oia h̄ sumēda sunt ꝛ ꝯsiderãda q: quãto plura talium h̄uerit quis tãto cit^o in ꝯōnē ueniet: ꝛ q̄to uerioꝛa h̄uerit h^oi tãto efficaci^o ꝯcludet ꝛ h̄ est. ⌊ quãto enī pluriũ. ⌋

Oportet autēȝ eligere nō que sequũtur s̄m quid: sed quecũq̄ȝ totã rem sequũtur ut non q̄ aliqueȝ hoiem: sed qd̄ oēm hominē sequit̄: per uñes enim p̄p̄ōnes sill'us fit: q̄n ergo est indefinitũ incertũ: si uñis est p̄positio: cuȝ v̄o definituȝ manifestũ. Similiter autē eligendũ ꝛ que ip̄suȝ sequunt̄ tota p̄p eandē cãm. ip̄suȝ autem quod sequit̄ nō est sumendũ totuȝ sequi. dico autē hoiem esse omne animal. aut musicã omnem disciplinam. sed tm̄ simpliciter sequi quēadmoduȝ ꝛ p̄posuimus etenim inutile alterũ ꝛ impossibile: ut oēm hoiem esse omne animal: uel omnē iustitiã omne bonuȝ. Sed cui ꝯn̄s est in illo omne dicit̄: q̄n autē ab aliquo ꝯtinet̄: subiectuȝ cui^o ꝯn̄na oportet sumere: que uñe quidē sequuntur uel nō sequũtur nō eligendũ in hijs. sumpta enim sunt in illis. Quecũq̄ȝ enim aial ꝛ hoiem sequunt̄ ꝛ quecũq̄ȝ nō insunt: similiter: que aũt in vnoq̄q̄ȝ sũt p̄p̄e sumēda non extraneã. Sunt enim quedã speciei p̄p̄ria p̄ter genus: necesse enim est diuersis sp̄ebus: quedam p̄p̄ria inesse: neq̄ȝ autē uñe eligenduȝ quidē quod sequit̄ qd̄ cōtinetur: ut aial qd̄ sequit̄ homo: necesse enim si hoiem sequit̄ animal ꝛ hec oia sequi. ꝯuenientiora aũt hec sunt hois electioni: sumēda aũt sunt ꝛ que plerũq̄ȝ sequuntur ꝛ ad que ꝯsequuntur: nã p̄blemata ad que est plerũq̄ȝ sill's ex p̄p̄ositionibus que plerũq̄ȝ aut oibus aut aliq̄bus. Silis eniȝ est vnaqueq̄ȝ ꝯclusio principijs.

Consequenter determinat qualia ꝛ q̄mō se h̄ntia magis sunt eligēda ꝛ diuidit̄ in. d. in p̄ma dat ĩspectiones utiles ad inueniēduȝ mediuȝ. in scd̄a cum dicit. ⌊ amplius que omnium. ⌋ remouet quãdã inspectionē. p̄ma in tres s̄m q̄ documēta tria siue tres inspectiōes. in p̄ma p̄te docet. p̄ma inspecte est q̄ magis sunt eligēda a̅ntia ꝯn̄na ꝛ ex̄nea uñr q̄ȝ p̄ticulariter: ꝛ p̄cedit sic. p̄mo dicit h̄ de ꝯn̄tibus: ꝛ dat cãm q̄ sill's sit semp ex vna uel utraq̄ȝ uñi: ꝛ si accipiat̄ ꝯn̄s ĩdefinite uel p̄ticulariter dubō est an alia p̄positio sit uñr uera: ꝛ ĩō si ꝯtigat accipiēda est ꝯn̄na uñr ꝛ h̄ est. ⌊ opȝ aũt eligere. ⌋ scd̄o dicit idem de a̅ntibus ꝛ p̄pter eandē cãm ꝛ similr̄ intelligēdum est de ex̄neis ꝛ h̄ est. ⌊ silr̄ eligēdũ. ⌋ 3° incidenter adiungit q̄ signuȝ uñe ad ꝯsequēs nō est addēdũ: sed ad a̅ns. q: si addat̄ ad ꝯns

[illegible]

erit supfluuz ꝛ sermo ipossibilis: ut hic hō est oē aīal ꝛ h̄ est. [ipm aūt qd̄ sequit̄.] Cōiter dat aliā īspectionez. s. ꝙ añtia ꝯñtia ꝛ repugnātia ꝑpria ꝛ ꝑpinq̄ magis sunt eligēda q̄z cōia ꝛ remota circa quā sic ꝑcedit. Pͦ docet h̄ penes ꝯña ꝛ repugnātia dicēs ꝙ si ꝯñs siue repugnans sbi oz accipi nō accipiēdū est ꝯñs uel repugnās p̄dicati: q: utrūq: acceptū est in accipiendo p̄dicatū de sbo eo ꝙ gcq̄d sequit̄ uel repugnat p̄dicato ꝛ sbo ꝛ ideo eligēduz est ꝯñs uel repugnās ꝑpriū ipsi sbo qd̄ sequtur uel repugnat ita sbo ꝙ nō p̄to ꝛ hoc bñ ꝯtingit: multa eñi sunt ꝑpria sbi p̄ter genꝰ ꝛ h̄ est. [Qñ aūt ab aliquo.] 2ͦ docet hic de añcedētibꝰ dicēs ꝙ si debeat eligi añs p̄dicati nō est sumēdū añs sbi sed aliq̄d ꝑpriū añs ad p̄dicatū ita ꝙ nō ad sbm. in h̄ est ꝙ accipit̄ p̄dicatū de sbo sufficiēter acceptū est de oī añte ad sbz ꝛ h̄ est. [neq: aūt uīe.] Cōiter dat tertiā īspectionē ꝛ ē ꝙ aliqñ opz eligē añtia ꝯñtia ꝛ repugnātia ut frequēter fuit nūc q: ꝯclō que est ut frequēter per ꝑpōnes que sunt ut frequēter hñt terminari q: opz alterā uel utrāq: ꝺm pōnē silem eē ꝯōni ꝛ hec est [sumenda autem sunt.]

Amplius que oīum ꝯsequētia sunt non eligēdū. nō enim erit sill'̄s ex istis ob quam cām in sequētibus erit manifestum.

Cōiter remouet quādā īspectionē inutilē dicēs ꝙ non eligēdū pro medio aliq̄d tale qd̄ ad oīa sequit̄ q: tali sūpto nō erūt sill'̄s sicut infra dicet̄. q: nō posset ibi esse dispositio nisi ex affirmatiuis in scd̄a figura ꝛ h̄ est. [Amplius que oībꝰ ꝛc̄.] Sed hic forte dubitaret aliquis q̄liter Arist. determinet de īuētione cū iste liber dicat̄ de iudicio siue resolutorius. sed dicēdū ꝙ nō est ita de iudicio qn̄ sit pro pte de īuētione nec ēt liber posterioꝝ: q: ita plus est de iudicio circa sill'm ꝛ demr̄atione q̄z de īuētione. ꝛ iō liber iste ꝛ liber posterioꝝ dicunt̄ eē de iudicio circa sill'm ꝛ demr̄atione sicut pꝫ circa p̄ncipiū huius libri. Adhuc forte dubitabit q̄re dat artē īueniēdi mediuz ꝛ nō dat artē īueniēdi extrema cū oīa hec sint ad sill'z necessaria. Et dicēdū ꝙ qd̄ p̄cedit ingsitionē ꝛ certificationē cuꝰ extrema sunt extrema ꝯōnis termināde. In prima ergo q̄ōne habent̄ extrema sed mediū opz īuestigare ad certificādū vnū extremū de alio. Adhuc dubitabit̄ quō possit eē ars īuētiua medioꝝ. si eñi ars h̄ tradita docet īuenire media. aut hec ars inata est qd̄ est contra Arist. aut acq̄sita ꝛ tūc per p̄nꝰ artis p̄cedētia ꝛ tūc ars p̄cessit de qua sill'̄s qd̄ est. ꝛ ita erit ut videt̄ īfinitas si ars sit medioꝝ īuētiua. dicēdū ꝙ ars īuētiua mediꝫ est acq̄sita nec tñ per artē p̄cedētē sed per viā sensus ꝛ expimēti. ex h̄ eñim ꝙ sensus ꝑcepit uel ītellectꝰ mediāte sensu ꝛ expimēto qd̄ aīal ꝑz oīa singularia ꝯtinet̄ a sensibili ꝛ sensibile ꝺm oīa singularia a corpe statim cognouit corpꝰ in eē aīali ꝺm oīa singularia per sensibile mediū ꝛ sic īuēta est regula que docet ꝯstruē uſem affirmatiuā. eodē mō est de aliꝭ. sic ergo acq̄sita est ars ista ꝛ nō per artē p̄cedētē sed per viā sensus ꝛ expimēti ꝛ sic supple sūt in vnū p̄ncipia oīum sciarū. Cōiter forte queret de dictis in ista ꝛ p̄mo de hoc qd̄ dicit̄ ꝙ īdiuiduū nō p̄dicat̄ nisi ꝺm accñs. querit̄ enim vñ est hoc qd̄ ꝺm accñs dicit̄ p̄dicari. Et dicēdū ꝙ oē qd̄ p̄dicat̄ forma est eiꝰ de quo p̄dicat̄ sicut vult Arist. in 8ͦ pͤ sue phie. Indiuiduū aūt nulli est forma. vñ siue p̄dicet̄ de supiori ꝑticulariter sic aliqs hō ē sor. siue de suo accñte sic albū ē sor. siue quocūq: aliter nūq: est recta p̄dicatio neq: ꝑ se: q̄re p̄dicatū non est forma sbi sed magis ecōuerso ꝛ iō per accñs dicit̄ p̄dicatū ꝛ nō ꝑ se. ul' pōt dici ꝙ īdiuiduū pōt ꝯsiderari mālīter uel formalr. mālīter aūt ꝯsideratū est q̄ddā cōpositū ex mā ꝛ forma sbali circūscriptis accñtibꝰ in ipso ꝛ sic dicit̄ ꝙ nō ītelligit̄ ꝺm ꝙ hiꝰ siue hoc sit uerum siue nō nec aliter forma est nec de aliquo p̄dicat̄ formalr aut ꝯsideratū est idē cōpositū sub accñtalibꝰ dispōnibꝰ in eadē tibus qbus in cognitionē cadit ꝛ sic aliquo mō forma est s. q̄ītū ad diffinitionē dicturū accñtaliū. Deinde forte queret de hoc qd̄ dicit aliq̄ ꝯña eē ut frequēter ul' ut nūc cū tñ regula sit ꝙ oē sel' sequēs ꝛ semp sequit̄. Dicit etiā aliq̄d eē ꝯñs ꝺm ptē cū tñ q̄cq̄d sequit̄ ad. a. sequit̄ ad oē ꝯtētū sub. a. q: qd̄ sequit̄ ad ꝯña sequtur ad añs: ꝛ ita omne ꝯñs sequit̄ totū añs. Silr dicit ꝙ est ꝯñs ꝺm opīonez ꝛ ꝺm v̄itatē cū tñ oē ꝯñs uere ītelligat̄ in añte. ꝛ ita sequitur ꝺm v̄itatē. Oē enim ītellectū in aliquo uere seq̄t̄ ex eo. Et dicēdū ad hoc ꝙ in tota ista arte accipit̄ Arist. ꝯñs pro p̄dicato ꝛ añs pro subiecto. ꝛ q: aliqñ ad sill'andū sumēde sūt ꝑpōnes ut nūc ꝛ aliqñ simplr ideo dicit aliqd̄ ꝯñs eē ꝯñs simplr ꝛ aliqd̄ ut nūc. ꝛ q: aliqñ sumit̄ ꝑpō ꝑticularis ꝛ qñq: uſis iō dicit aliqd̄ ꝯñs eē ut ptē ꝛ aliqd̄ ꝯñs eē ꝺm totū. ꝛ q: aliqñ sumēda est ꝑpō ꝑbabilis ꝛ aliqñ demr̄atiua dicit ꝙ aliq̄d sequit̄ ꝺm opinionē: ꝛ aliq̄d ꝺm v̄itatē. Sed tūc querit̄ q̄re magis noīat ea añs ꝛ ꝯñs q̄z sbm ꝛ p̄dicatū. Et dicēdū est ꝙ hoc est q: p arteꝫ istaꝫ docet accipe ꝑpōnes affirmatiuas ꝛ negatiuas ad q̄dcūq: ꝑpositū. Iste aūt ītētiones sbm ꝛ p̄dicatū nō determināt affirmationē ꝛ negationē nō ꝯfundūt utrāq:. iste aūt intētiones añs ꝛ ꝯñs determināt h̄itudinē vniꝰ ad alterū sub affirmatione sicut iste ītētiones extraneū ꝛ repugnās denotāt h̄itudinē vniꝰ ad alterū sub negōne: ꝛ ita iste intētiones sunt ꝯuenientiores huic arti q̄z alie. Adhuc forte queret̄ de eo qd̄ dicit ad ꝯñs non est addēdū oē. videt̄ etiam ꝙ sic: cū oē uīr sit dispō uīis ꝛ uīe ꝑ p̄e p̄dicat̄ ꝛ ēt in uīi negatiua pōt addi ad p̄dicatuz: eadē videt̄ rōne ꝙ silr in uīi affirmatiua addi possit ad p̄dicatū. Adhuc queret̄ q̄liter sit uerū qd̄ dicit̄ in liͦ ꝑyerꝰ. ꝙ nulla est affirmatio in q̄ uīe uīr p̄dicat̄: aut eñi dicit̄ nulla: ꝛ sic nec videt̄ in uera nec in falsa: aut qñ in falsa tñ. Et pōt ad hoc qd̄ dicit̄ ibi nulla est ꝛc̄. q: nō est aliq̄ uera. ꝛ hoc videt̄ Arist. hic satis exponē dicens ꝙ talis additio facit supfluū sermonē ꝛ impossibilē. pōt ergo ꝯcedi ꝙ oē pōt addi ad p̄dicatū: sed si affirmatiua est ꝑpositio semp falsa ē ꝑpō. hāc aūt falsitatē si supueniat negatio destruit: ꝛ iō manet uera negatiua ꝑpō: ꝛ ꝑpterea dicit̄ ꝙ ipm oē bñ pōt addi p̄dicato negatiue ꝑpōnis ꝫ nō p̄dicato affirmatiue q: in affirmatiua facit talis additio falsitatē: in negatiua remouet̄ falsitas illa per negōnē pōt utraq: addi. alr aūt dici posset sed diligētꝰ in libͦ ꝑyerꝰ. Adhuc forte dubitabit aliqs q̄re dicit ipm oē additū ad ꝯñs supfluē cū tñ faciat intellectū diūsum ab eo qui ꝑcessit ad h̄ intuētū sermones diuersi ut diuersos repn̄tēt intellectꝰ. Adhuc q̄re dicit sermonē ipossibilem. Et dicēdū ꝙ ꝫ additio eius ad p̄dicatū nō supfluat quātū ad aliquē intellectū falsum repn̄tādū supfluit quātuꝫ ad sillogisticā ꝑpositionē que nō accipit omne nisi ꝑpter dici de omni qd̄ non pōt per omne additum p̄dicato ꝛ ideo oportet supfluere. facit etiam sermonē impossibilē: q: significat supius pro oībus cōnotans inesse inferiori: ꝛ ita vnum dispatoꝝ inesse alteri sicut patet cum dicitur non esse omne aīal.


C Onstruere autez volētibus de aliquo toto eius quidē qd̄ ꝯstruit̄ inspiciēdum ad subiecta de qbus ipsum dicit̄: de quo autem oportet predicari quecūq: hoc sequunt̄. Si enim aliqd̄ horū sit idem necesse est alteruz alteri inesse. Si autem nō quoniā omni: sed quoniam alicui que sequit̄ utrūq:. Si eñi aliqd̄ horuꝫ idem necesse est alicui ineē: quādo autem nulli oportet inesse eiugdem oportet non ineē ad sequētia: quod autez oportet

non incẽ:ad ea que non cõtigũt incẽ eidẽ.
aut cõuersim cuiqdem oportet non incẽ
ad ea que non cõtigũt incẽ:qđ vero non in
esse ad cõseqñtia nam sunt eadem alter
utrum nulli cõtingit alterum alteri incẽ fit
enim quãdoq; qdem in pma figura sillo-
gismus quãdoq; autem in media. Si aũt
alicui non incẽ cuiqdem oportet non in-
esse qbus ɔña est. Qđ vero nõ incẽ que nõ
possibile est eidem incẽ. Si enim aliquod
horum sit idem necesse est alicui nõ incẽ.

¶ In hac pte determinat q̃lia ⁊ quõ sunt inspiciẽda in spe
ciali applicãdo suã artẽ ad vnũquodq; ꝓpositũ ⁊ diuidi
tur q: pmo determinat h.2° quandã idoneitatẽ assignat
circa mediũ uł'is affirmatiue cũ dicit. Opz aũt ⁊ sequẽ
tiũ. Pma in duas. in pma pte ꝓcedit narrãdo. in 2ª exẽ
plificãdo cũ dicit. magis aũt fortasse. In pma dat q̃n
que regulas ad inueniẽdũ mediũ ad oẽ ꝓpositũ siue sit
uł'e siue sit pticulare siue affirmatiuũ siue negatiuũ. Pma
deseruit uł'i ɔ̃ni affirmatiue ⁊c. si idẽ sit añcedẽs pdica
ti ⁊ ɔ̃ns sbi illud erit mediũ ad ɔstruẽdũ p̃dicatũ de sbo
uł'r ⁊ h est. Cõstruere aũt volẽtibus. 2ª regula deser
uit pticulari ɔ̃ni affirmatiue ⁊c. si idẽ ɔ̃ns p̃dicati ⁊ sbi
illud erit mediũ ad ɔcludẽdũ de sbo pticulariter ⁊ h est.
Sm aũt ⁊c. Tertia ⁊ q̃rta docẽt sillogiçare uł'em negati
uã q̃rũ hor ẽ q: si idẽ sit extraneũ p̃dicato ⁊ ɔ̃ns sbo illđ
erit mediũ ɔcludẽdi uł'ez negatiuã ⁊ h per pmã figuraz
⁊ per pmũ scđe. alia est q: si idem sit ɔ̃ns p̃dicato ⁊ repu
gnãs sbo illud erit mediũ sillogiçãdi uł'ez negatiuã per
secũdum secũde ⁊ h est. Quãdo aũt nulli oportet. In
telligo hic de mõ loquẽdi qđ vocat ipse sbm negatiue ꝓ
positionis cui oportet non inesse p̃dicatum autem eius
dem qđ oportet non inesse. Quinta regula est q̃ ad sillo
giçandum particularem negatiuam ⁊c. si idem sit ante
cedens sbi ⁊ repugnans predicato sillogiçabit per illud
particularis negatiua ⁊ h est. si aũt alicui.

¶ Magis autem fortasse erit sic vnũquod
q; eorũ que dicta sunt:manifestũ sint eniz
sequẽtia.a.qdem in qbus.b.qbus autem
ipsum sequitur in qbus.c.que aũt non con-
tingit ei esse in qbus.d. Rursum autẽ ip-
si.e.que quidẽ insunt in qbus.f.qbus autẽ
ipsum sequitur in qbus.g.que autem nõ cõ
tigit ei incẽ:in qbus.h. Si ergo idẽ erit ali-
quod eorũ que sunt.f.necesse est.a. omni
e.inesse.nam.f.quidẽ omni.e.c.autez om
ni.a.quare omni.e.inest.a. Si autẽ.c.⁊.g.
idem:necesse est alicui.e.incẽ.a.naz id qđ
est.c.a.id vero qđ est.g.e.omne sequitur. Si
autem.f.⁊.d.sint idem:nulli.e.inerit.a.ex
prosillo.quoniã enim cõuertit p̃uatiua ⁊
f.ei qđ est.d.idem nulli.f.inerit.a.f.autem
omni.e. Rursus si.b.⁊.h.idem nulli.e.in-
erit.a.nam.b.a.qdez omni ei aũt qđ est.e.
nulli inerit.idez enim erat ei qđ est.h.b.h.
autem nulli.e.inerit. Si aũt.d.⁊.g.idez.a.
alicui.e.non inerit nam ei qđ est.g.non in-
erit quoniã neq;.d.g.aũt sub.e.est q̃re ali
cui.e.non inerit.a. Si autẽ ei qđ est.g.sit.b.
idem cõuerso modo erit silla.nam.g.in-
erit.a.omni nam.b.ei qđ est.a.e.autem ei
qđ est.b.idẽ enim erat.g.a.aũt ei qđ est.e.
omni quidẽ non necessariũ ei inesse alicui
autem necessariũ eo q: cõuertat vniuersa
le p̃dicatiuũ in particulare.manifestuz er-
go quoniã ad p̃dicta perspiciendũ in vna
quaq; questione per hec enim oĩs silla.

¶ Consequẽter has regulas explanat in terminis ⁊ proce
dit sic. pmo instituẽs terminos ponẽs.a.p̃dicatuz ⁊ eius
ɔ̃ña.b.eius antecedẽtia.c.repugnãtia siue extranea.d.e.
autez ponit sbm ɔ̃ñtia ipsius.f.antecedẽtia.g.extranea
h.⁊ h est. magis autez fortasse. Secũdo regulas in his
terminis explanat:⁊ pmo primam dicens q: si idez fue
rit.c.⁊.f.i.antecedẽs predicati ⁊ cõsequens sbi per illud
sillogiçari potest.a.de.e.vniuersaliter qđ patet per se qa
omne.e.f.est.a.omne.e.est.c.ergo omne.e.ẽ.a.⁊ h est.
si ergo idem erit. Secũdo explanat secũdam regulam
dicens q: si.c.⁊.g.sint idem que sunt antecedentia sbi ⁊ p̃
dicati per illud cõcludit aliquod.e.esse.a.qđ patet q: oẽ
c.g.est.a.omne.c.g.est.e.ergo aliqđ.e.est.a.⁊ h est. nã
c.⁊.g. Tertio explanat tertiam dicẽs q: si.f.sit idem.f.ex
traneum predicati ⁊ ɔ̃ns sbi sillogiçabit per illud nullũz
e.esse.a.per pmum secũde sic nulluz.a.est.d.omne.f.est
d.ergo nullum.f.est a.sed si nulluz.f.est.a.⁊ omne.e.est
f.nullum.e.est.a.h fit prosillogismus in secũda.si autem
conuertat maior sic nullum.d.est.a.⁊ h fiat maior prosil
logismi fit tunc sillogismus in prima figura.eodem mo-
do sillogiçari potest idem per vnum sillogismũ in secun
do pme vel in pmo secũde.si.d.f.ponat terminus vnus.
Et dicẽdum q: per hoc qđ dicit nullum.e.esse.a.sillogi-
çari ex prosillo non intendit q: in ostẽsionibus aliarum
regularum ⁊ cõclusionum non fiat prosillogismus q: h
falsum.sed intendit per h q: non sillatur in prima figura
per hãc regulam immediate sed per cõuersionez huius.
nullum.a.est.d.⁊ h significãs qđ prius dici habet nulluz
a.est.d.⁊ nõ ita ꝓprie ⁊ ecõuerso.d.enim cum sit tanq; ꝓ
prietas ipsius.a.magis debet remoueri ab.a.q; ecõuer-
so.potest tamẽ ecõuerso dici per conuersionem ut dicat
nullum.d.est.a.⁊ ita non fit talis sillogismus in prima fi
gura immediate sed mediate dicta cõuersione ⁊ ideo di
cit nullum.e.est.a.ex prosillogismo ⁊ h est. si autem.f.
⁊.d. Quarto declarat quartam regulã per quam con-
cludit in secũdo secũde pncipaliter ⁊ patet per predicta.
⁊ h est. rursum si.b.⁊.h. Quinto declarat ultimam ⁊
patet ⁊ h est. si autem.d.⁊.g. In fine autem ponit no-
uam regulam ad sillogiçandum particularem affirma-
tiuam indirecte in prima figura ⁊ est si fuerit idem ante-
cedens sbi ⁊ ɔ̃ns predicati sillogicabit per h aliqđ.e.eẽ
a.indirecte per conuersionem ɔ̃ñuum vniuersalis affir
matiue que directe sequit sic omne.b.g.est.e.omne.a.
est.b.g.ergo aliquod.e.est.a. directe enim sequitur q:
omne.a.sit.e.sed conuertit cõclusio ⁊ h est. si autem ei
quod est.g. Consequenter concludit ex hys correlatiũ
quod cum inspiciendum sit ad ea per que fit omnis sil-
logismus huiusmodi autez sint antecedentia ɔ̃ñtia extra
nea sbi ⁊ predicati quod adhuc inspiciendũ est ad omne
propositum terminandum ⁊ hoc est. manifestum au-
tem quoniam. Describit autez Ari.figuram faciẽs no
uem combinationes antecedentium ⁊ cõsequentiuz ex
traneoruz quare tres inutiles sunt sicut infra patebit.sex
autem utiles de quibus patet in predictis ⁊ plana est sua
descriptio per prehabita.



ℭ Opz aũt ⁊ ꝯñtiũ ⁊ qbꝰꝯñs est ad p̃ma ⁊ ulia maxime ĩspicẽ ut q̄.c.qdez magis ad k.f.q̄z ad.f.solũ.a.aũt magis ad.k.c.q̄z ad c.soluz. Si enim ei qḋ est.f.k.iest.a.⁊ ei qḋ est.f.⁊.e.inest. Si aũt huic nō ꝯñs est possibile est.a.seq ei qḋ est.f. Sil'r aũt ⁊ in qbus idem seq̄tur cōsiderādum. nam si p̃mis ⁊ eis que sub ipsis sunt sequit̃. Si aũt non his: his que sub ipsis sunt contingit.

ℭ Cōseq̄ueter assignat quādam idoneitatẽ circa medium ulis affirmatiue dicẽs q' si debeat accipi ꝯñs ad s̄bm dũ tñ sit ꝯñs ad p̄dicatũ. eligẽdũ est maxime ulẽ oium añtiũ q̄z qḋ qdẽ ꝓpinquus est ipso p̃to eadẽ causa qua pus intelligo'aũt q'.r.f.sit ꝯñs ipsius.e.ꝯñs per.f.ꝯñs vnius cōe per.r.c.autez añs ad.a.cois per.c.añs vnius cōe ⁊ h est. Lopz aũt ⁊ sequẽtiũ. Hic forte dubitabit cũ in q̃stione sillo diuersam dederit artẽ circa illas de inee ⁊ illas de mō. q̃re nō sim' facit hic in medio inuẽtione. Et dicendũ q' h est q: oẽs silli originalr' q̃ant ab eo qḋ est dici de oĩ ⁊ de nullo que diuersificant in illis de inesse ⁊ de mō. ꝯuersio aũt que pficit sillos imꝑfectos alia ⁊ alia est in illis de inee ⁊ de mō ꝯ'. ⁊ ideo necesse fuit ibi diuersam artẽ dare propte circa sillos de inesse ⁊ sillos de mō. ars aũt inueniẽdi medii nullã mãm respicit nec respicit diuersitatẽ per mãm diuersam. Quia in omni materia est inuenire antecedẽtia cōsequẽtia ⁊ repugnantia siue extranea ad terminãdũ ꝓpositũ semp eodez modo se habẽtia ⁊ ita h ars cois est tam illis de inee q̄z illis de modo. ℭ Adhuc forte queret q̃re plures sunt regule

ad terminādū ulem negatiuā ꝛ vnica ad terminādū vniuersalē affirmatiuā. ꝛ dici pōt ꝙ ratio huius est ꝗꝛ vniuersalis affirmatiua cōstruit̄ per aliqd utriqꝫ extremorum ɔueniēs uniuersaliter que qdem necesse est eē mediū pōne. uniuersalis aūt negatiua ɔcludit̄ p mediū vni extremoꝝ ɔueniēs ꝛ ab alio differēs ꝛ h̄ uniuersaliter sed h̄ differētia ꝛ ɔuenientia pōt alternatim esse respectu sbi ꝛ predicati aut econuerso: ꝛ ſm h̄ assignant̄ due regule: ꝛ h̄ facit ulis comparatio medij ad extrema cū negatione. ℂ Adhuc forte quereret̄ q̄re nō ponit regulā ad ɔcludēdū pticularē affirmatiuā nisi in tertia figura cū tū ɔcludi possit in pma. Et dicēdū ꝙ regula quā ponit sufficit ad ɔcludēdū eā tā in pma ꝗ̄ꝫ in tertia: ꝛ nō opꝫ nisi minorē ɔūtē. Eodē mō opponi pōt de pticulari negatiua que per oēs figuras ɔcludit̄ soluꝫ tn̄ ponit regulā ad ɔcludēdū eā in tertia figura. Et dicendū ꝙ illa sufficit ad sillaudū illā ubiqꝫ. de 3ª enim figura fit pª ɔūsa minore: ꝛ 2ª ɔūsa utraqꝫ. ℂ Adhuc forte dubitaret aliqs de terminis quos ponit. mediū enim vnuꝫ est q̄re ispectio medij dꝫ eē aliqd vnū sicut dicit inferius sed in terminis suis docet ispicē ad multa ꝛ eligē multa pro medio ꝗꝛ docet sumē. f. g. c. ad sillandū oē. e. eē. a. Et dicēdū ꝙ docet ispicē ad vnū ſꝫ rē ꝛ ſm rōnē ꝛ cōparatione ad multa. ꝗꝛ si idē fuerit. f. ꝛ. c. sillat̄ oē. e. eē. a. ꝛ sic non. ꝛ ita ɔueniēs est eius ispectio. ℂ Cōtēr dubitabit̄ de idoneitate quā ponit in fine ꝗꝛ supius docuit sumē ɔñs sbi pximū ꝛ ppriū. nūc aūt docet accipe ɔñs sbi uniuersale maxime ꝛ remotiū: ꝛ ita videt̄ repugnantia docē. Et dōm ꝙ supius docuit ɔñs. a. sbi absolute ꝛ in cōparādo illud ɔñs ad pdicatū ita. f. ꝙ nō sit ɔñs pdicati dꝫ eniꝫ ita ɔseq sbm ꝙ nō ptū. h̄ aūt docet accipe ɔñs sbi qd̄ sit añs ad pdicatuꝫ ꝛ nō dicit repugnātia: ꝗꝛ pus loquit̄ de ɔñtibus uniuersaliter postea vo de ɔñtibus: que eadē manētia cōseqt̄ ad añtiū ad ptū.

Palam autem quoniā per tres terminos ꝛ per duas ppositiones cōsideratio: ꝛ per pdictas figuras sillogismi oēs: monstrat̄ enim omni quideꝫ e. inesē. a. quādo ei qd̄ est. c. ꝛ ei qd̄ est. f. idē sumit̄: hoc aūt erit medium: extremitates aūt. e. ꝛ. a. fit enim prima figura: alicui autem quādo. c. ꝛ. g. sumit̄ idem. hec aūt postrema figura: mediuꝫ aūt fit. c. g. nulli auteꝫ quādo. d. ꝛ. f. idem: fit aūt prima figura ꝛ media: nam pma qdem quādo nulli inest. a. Siquidē cōuertit̄ priuatiua. f. aūt omni. e. media aūt. d. a. qdem nulli. e. aūt omni inest. Alicui aūt nō inesē: quando. d. ꝛ. g. idem fuerint: hec aūt postrema figura. nā a. qdem nulli. g. inerit. e. vo omni. g. manifestū est ergo: quoniā per pdictas figuras oēs silli: ꝛ quoniā non eligēdum: que sunt oibus cōsequētia: eo ꝙ nullus fiat sillogismus ex ipsis. Nam cōstruere quideꝫ oino: nō erat ex sequētibus: priuare aūt nō cōtingit per ea que oibus cōsequētia sunt oportet enim huic qdem inesse huic qdeꝫ non inesse.

ℂ Data arte inueniēdi mediū ad vnūqdqꝫ ppositū in hac pte ostēdit eius sufficiētiā. ꝛ ostēdit ꝙ oīs sillus fit ad dicta pnª ispiciēdo: ꝛ nō ad alia. ꝛ diuidit̄ in. d. in pª ostēdit ꝙ oīs sillus fit per dicta pnª. In 2ª cū dicit [manifestū ergo] manifestat ꝙ nullus sillus fit per alia. pª in. d. in pª ostendit ꝙ oīs sillus siue mō fit per dicta pnª. in 2ª cū dicit [eodē aūt mō ꝛ in necijs.] ostēdit idē de sillo qui est cū mō pª in. d. in pª ostēdit ꝙ oīs sillus ostēsiuus fit per dicta pnª. in 2ª ꝙ oīs sillus ex ypothesi est per dictā artē ibi 2ª. [eodē aūt mō ꝛ qui ad ipossibile.] pª in duas. in pma ostēdit qd̄ dictū est de sillo ostēsiuo penes sex utiles ispectiones in 2ª cū dicit. [manifestū aūt qm̄ ꝛ alie.] ostēdit ꝙ nō sūt ispectiones alie utiles. pª hēt pncipale ꝛ ictdēs in principali ostēdit ꝙ oīs sillus ostēsiuus fit in aliq̄ triū figuraꝝ p pnª dicta sic: ad oēm sillm factū in tribus termis ꝛ duabus pponibus sufficiūt pdicta pnª. sed oīs sillus ostēsiuus fit in aliq̄ figura per tres terminos ꝛ duas ppōnes. ḡ ad oēm sillm ostēsiuū sufficiūt pdicta pnª. huius rōnis pª sigit maiorē: ꝛ h̄ est. [palā aūt qm̄.] 2ª minorē ꝛ h̄ est [ꝛ per pdictas.] ꝛ cū dicit oēs silli itelligēdū est h̄ de ostensiuo. 3ª maiorē declarat q̄si per iductionē ꝛ pcedit sic. pª manifestat ꝙ si debeat sillari ulis affirmatiua h̄ erit per pmaꝫ figurā in pponibus duabus ꝛ tribus terminis: ꝗꝛ añs pdicati ꝛ ɔñs sbi sūt vnū mediū ꝛ h̄ est qd̄ dicit [mōstrat̄ eni.] 2ª declarat ideꝫ de pticulari affirmatiua ꝛ pꝫ ꝛ h̄ est. [alicui aūt.] 3ª manifestat idē de uli negatiua ꝗꝛ si debeat ɔcludi nullū. e. eē. a. per mediū. d. f. h̄ pōt eē per scōaꝫ figuraꝫ sic nullū. a. est. d. f. oē. e. est. d. f. ergo nullū. e. est. a. ul per pmā figurā si ɔūtat̄ maior ꝛ significat ibi sicut significauit in pcedentibus. qd̄ pus hēt remouē. d. ab. a. ꝙ ep°. ita ꝙ nō imediate fit iste sillus. f. per pmā figurā sed mediate ɔūsione maioris: ꝛ h̄ est. [nulli vo qn̄. d.] 4ª manifestat idē de pticulari negatiua. pꝫ ꝛ h̄ est [alicui aūt nō ineē.] 5ª ex istis iductione isert minorē dicēs manifestū esse ꝙ oīs sillus ostēsiuus fit per aliquā triū figuraꝝ: in tribus figuris: ꝛ duabus pponibus: ꝛ h̄ est. [manifestū est ergo.] seqtur incidēs in quo iuxta phūs remouet quādā iutilem ispectionē medij ꝛ est. ꝙ nō dꝫ fieri ispectio ad tale qd̄ sequit̄ oīa: ꝛ per tale mediū nō sequit̄ ɔclō affirmatiua ꝗꝛ nō sequit̄ si supius de aliquo dī uniuersaliter ꝙ iferius dicat̄ de eodē. nec etiā ɔclō negatiua: ꝗꝛ neutra pmissaꝝ negatiua est accepto tali medio ꝛ h̄ est. [ꝛ qm̄ non eligēdū.]

ℂ Manifestum est autem quoniam ꝛ alie cōsiderationes que sunt ſm electiones inutiles sunt ad faciendum sillogismum: ut si sequētia utrinqꝫ eadem sint: aut que sequtur. a. ꝛ que non ɔtigit. e. inesse: aut rursuꝫ quecūqꝫ vo possibile inesse utrinqꝫ: non enim fit sillogismus per hec: nam si sequētia sunt eadem ut. b. ꝛ. f. media fit figura: predicatiuas habens utrasqꝫ propositiones. Si autem ea que sequitur. a. ꝛ que nō contingunt. c. ꝛ. b. pma erit figura: priuatiuam habens eam que est ad minorem extremitatem propositionem. Si auteꝫ quecūqꝫ non contingit utrinqꝫ ut. d. ꝛ. h. priuatiue utreqꝫ propositiones: uel in prima uel in media figura: sic autem nullo modo fit sillogismus.

ℂ Postqꝫ ostēderat ꝙ oēs silli ostēsiui fiūt per pncipia dicta ſm ispectiones utiles. h̄ ostēdit ꝙ nō sunt alie inspectiones utiles: ꝛ diuidit̄ in. d. in pª remouet tres ispectiones penitus iutiles. in 2ª cū dicit [palā aūt ꝛ que eadeꝫ.] remouet duas ispectiones que quodāmō utiles sunt sed nō ɔuentētes. In pma pcedit sic. pmo nūiat tres ispectiones oino inutiles: ꝛ est pma. Si ɔñs sbi ꝛ predicati fuerit idem. secūda si antecedens predicati ꝛ extraneum sbi

sint idē. tertio ħ extraneū utriusq; fuerit idē ⁊ h est. manifestū aūt. Scdo dat cāē inutilitatis eoꝝ dicēs ꝙ pma inutilis q: fm eā accipiunt ambe pmisse affirmatiue. in 2ª figura 2ª ē inutilis q: fm eā accipit minor negatiua i pª figura. 3ª ē q: fm eā accipiunt ambe ppōnes negatiue siue i 2ª figura siue in pª ⁊ h est. nō enī fit sillꝰ.

¶ Palam autē ꝙ ⁊ que eadē sunt medū fm ꝯsideratiōnē ⁊ nō que diuersa ꝯtraria: pmū qdē: qm medij gr̄a inspectio: medium aūt nō diuersum: sed oportet idē sumere. Deinde ⁊ in qbus accidit fieri sillm eo ꝙ sumant ꝯtraria: aut nō cōtingētia eidē inee in pdictos omnes reducent modos: ut si b. ⁊. f. sint ꝯtraria: aut nō cōtingētia eidez inee: erit enim his sumptis sillꝰ: quoniam nulli. c. inerit. a. sed nō ex ipsis ħ ex predicto modo. nam. b. a. qdē omni. e. ħo nulli ierit: quare necesse est idē esse. b. alicui. h. Rursum si. b. ⁊. g. nō cōtingat eidē inesse: quoniā alicui. e. nō inerit. a. nam sic media erit figura: nam. b. a. qdē omni. g. ħo nulli inerit: quare necesse est. b. idē eē alicui eorum que sunt. h. nā non cōtigere. b. ⁊. g. eidem inēe nihil differt: aut. b. alicui. h. idez esse: oia enim sumpta que nō cōtigit. e. inesse. Manifestū ergo quoniā ex istis qdez inspectionibus nullus fit sillꝰ: necesse est aūt si. b. ⁊. f. sint cōtraria: idē eē. b. alicui. h. ⁊ per hec fieri sillm. Accidit ergo sic inspiciēntibus cōsiderare aliā viam necessariaz: eo ꝙ quandoq; latet idētitas eorum que sunt. b. ⁊. h.

inclinatum ad substātiam. sed si adueniat infinitatio destruit illud esse uel agere quare cum adueniat negatio infinitās non manet uerbū. si ergo neq3 nomē: neq3 uerbuz possit infinitari multo fortius neq3 alia pars et sic videt q non pōt alia dictio infinitari. ¶ Ad oppositum sic dicit Boecius in paruo 2° sup librū peryer. q ois terminus circūscripte significationis pōt fieri incircunscripte significationis ut h est: q: omnis terminus finite significationis pōt fieri significationis infinite: quare cū multe sint significationes dictionis finite significationis et multe fieri possunt significationis infinite: et ita patet q aliqua dictio pōt esse infinita. Adhuc infinitatio nihil addit nisi destructio cōpōnis que est in significatione unius dictionis sed hoc pōt fieri adueniēte negatiōe ad nomen uel ad uerbū ergo tam nomen q3 uerbuz infinitari pōt. Adhuc Ars. testat tam hic q3 in libro peryer. q dictio aliqua infinita est quare videt q hoc uerū sit et ergo concedendum est. ¶ Ad obiectum dicendum ad primuz sic q perempte significatione dictionis perimit dictio que prius erat sed nihil phibet per illam interemptionem nouā significationem generari et nouam fieri dictionem significatiuā: sic autē est in termino infinito. corrumpit enim terminus finitus et eius significatio et generat terminus infinitus et eius significatio. ¶ Similiter dicēdum ad secūdum q pempta forma que est in significatione dictionis pempta est tota significatio nois qd prius erat. s. nois finiti. sed noua qualitas et nouuz aggregatum generat et nouum nomē. ¶ Similiter dicendum ad tertiū q perempta substātia uel qualitate nominis perimit nomen finitū sed generat nomen infinituz substātiam et qualitatē significās. ¶ Sed tūc est questio quid sit qualitas et qd substātia apud nomen infinitum. Et dicēdum q priuatio qualitatis est ei pro qualitate. ens autem pui cōmuniter se habet ad ens sm naturam et ad ens sm rōnem siue dictionē et opinionem est ei pro substantia siue aggregatū ex tali ente et priuatione qualitatis in noie finito. ¶ Ad quartum autem patet responsio per pdicta: q: cum infinitat uerbū perimit agere ut esse prius significatuz et ita perimitur uerbum finitum. generat autem uerbū infinitū. ¶ Adhuc est hic questio cum omne uerbū significet agere uel pati: quomodo uerbuz infinitū significet. Et dicēdum q actus iste qui est pter esse agere uel esse est ei in significatione tanq3 agere. pter esse enim aliquo mō est agere. ¶ Hoc habito q̃ris est questio utrum unica negatio simul et semel plures terminos infinitare possit ut cum dicit sic nō album lignum. et videt q sic hac rōne cum negatio unica possit ad interimēdum maius compositū multo fortius ad interimendum minus cōpositum. sed unica negatio pōt interimere maius cōpositum sicut ppōm ergo et minus compositum sicut illud cōpositū qd ex duobus noibus uel duobus uerbis uel aliqd tale. Adhuc cōpositio entis dupliciter est. uno modo ex principiis eēntialibus sicut ex materia et forma: alio modo ex accidētalibus aliquo et sbo ut cum dicit homo albus. Cuz igit prima cōpositio per unā negationē infinitetur permaneat videt q eadem ratione et secūda et ita unica negatio ad duos terminos referet ad infinitādum. Adhuc est alia cōpositio ipsius esse sicut compositio uerbi. alia autem ipsius entis sicut iam supradictum est in significatione unius nois uel adiectiui cum substātiuo. sed negatio unica negās compōm unam ipsius eē ex 2nti negare pōt et aliam et ita duas hēt nō eque primo ut cum dicit non hō qui currit mouet ergo cuz in significatione nois adiectiui negatio primo cadens supra ipsum infinitās ipsum ex 2nti cadere potest sup eius adiectiuum infinitās ipsum: quare unica negatio duas dictiones infinitare pōt q̃uis non eque primo. ¶ Ad oppositum sic. unius compōnis unica est diuisio et ita compositionis que est in significatione unius dictionis una debet esse negatio infinitās q̃re pluribus hu° compōnibus plures debent negationes. Adhuc dicit Ars. hic q sequitur si est non albū lignum ergo est albū: sed si negatio infinitaret tam lignū q3 album non sequeret ergo ut videtur sm Ars. non infinitat negatio simul nisi tm unum. ¶ Ad obiecta dicēdum ad primum sic q omnis negatio alicuius cōpōnis interemptiua est et nō sit compō una ipsius esse que est predicati ad subm et alia ipsius entis que est adiectiuū ad substātiuum utraq3 pōt negatione una interimi: ex hoc tn̄ non sequit q negatio una simul plures termios infinitet q: infinitatio est negatio illius compositionis que est in significatione unius dictionis et nō dictionum ad inuicē et hec est quedaz compositio entis. ¶ Ad aliud dicēduz q duplex est compō entis. una ex partibus eēntialibus sicut ex materia et forma et hec est prima et non subiacet ei aliq̃ alia cōpositio et hanc infinitari potest. alia est ex compōne alicuius accītalis ad sbm sic est in compōne adiectiui cum substātiuo et hāc cōpōnem precedūt due pores in ipsis cōpositis. huius aūt secūde compositionis pōt eē negatio sed non infinitatio: infinitationis enim particula semp cedit in eadem partem cum eo qd infinitat. ¶ Ad tertium dicēdū q nō est simile de negatione ipsius esse et ipsius entis: q: cum negat compositio ipsius esse cōponit negatio cum uerbo in eadez partez et ideo pōt ulterius tēdere ex 2nti negādo aliud. sed cum negat compositio entis per infinitationē particula negationis cum ipso cōponit in parte eadez et ideo non transit ulterius. Adhuc cum negatio prima negat cōpositionē unam uerbi et 2nter aliam. secūda est pars extremitatis alicuius compōnis prime et tanq3 determinatio eius ut cum dicit nō omne qd currit mouet. significatio autem adiectiui non est ita determinatio unius extremitatis illius compōnis que est in sbo sed totius aggregati. et ideo q̃uis negatio infinitās neget cōpōnem illam que est in sbo nō oportet negare 2nter illam que est in significatione adiectiui. ¶ His habitis q̃ris est questio que pars orōnis infinitari pōt. et videt q nō partes indeclinabiles. nihil enim infinitat nisi qd finitū est sed partes indeclinabiles sunt indefinite in sua significatione. Adhuc in significatione partis infinitāde debet esse aliqua cōpositio circa quam sistat particula negationis sed sic nō est in significatione indeclinabiliū. Adhuc qd per se simpliciter non habet finitatem sine alterius adiunctione nec habebit negationē nisi per adiūctum: huius autem sunt dictiones indeclinabiles qd cōcedēdum: relinquit igit q solum partes declinabiles infinitētur. Sed partes declinabiles dupliciter sunt: aut enim casuales aut non casuales cuius est uerbū. primo ergo inquiritur de diffinitione casualium et querit primo quot modis pars casualis possit infinitari. Et videt q non pronomen hac rōne in cuius significatione nulla cadit cōpositio illud non infinitat sed in pronois significatione nulla cadit cōpositio cuz significat substātiam terminatā ergo ipsum nō infinitat. Adhuc dicit cōmuniter q si alia pars infinitet priuat signo speciali et ponitur eius cōmune et formale. si ergo infinitat pronomē ponet aliqd superius ad significationem eius qd est ei formale et si hoc ergo in significatione pronominis ante aduētum negationis siue forma q: omne suplus est de significatione inferioris: q̃ nomen nō solam substātiam significat sed qualitatez et formam. hoc aūt est falsum ergo et primum. ¶ Ad oppositum sic. Ars. in libro peryer. ubi loquit de nomine comphēdit sub nomine pronomē quare cum ibi ponat nomen infinitari non separando nomen a pronomine videtur pronomen infinitari. Adhuc hic et alias ubi loquitur de infinitis ostendit non hoc pro termino infinito quare videtur q sm ipsum infinitetur pronomen. Adhuc omne quod est circunscripte significationis fieri potest incircūscripte sm Boecium. et ita si pronomen

sit circūscripte significationis poterit infinitari. Adhuc pnomen ex demōstratione z relatione ɔtrahit finitam qualitatē sed qualitatis finite est īfinitatio: ergo videt̄ ꝙ pnomē infinitet̄. Et dicēdum ꝙ pnomen ꝓprie nō infinitat̄ ex ꝓbabilis rōnibus. ¶ Ad primum obiectorū dicēdum ꝙ lȝ Ari. non separet pnomen. a noīe in libro pyer^as. non tamē sequitur ꝙ utrūqȝ infinitari pōt si nomē infinitet̄. nam qđ infinitat̄ est nomē ꝓprie accipiēdo nomen sicut patebit ɔ̄ter. ¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ pronomē significat substātiam cōem omni nomini z ideo quā do loquitur de infinitis in cōmuni dicit non hoc ad intelligendū id qđ uir est cōmune nomini infinito z nō intēdit per hoc pronomē infinitari. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ pnomē de virtute uocis merā significat substantiā que aute aduētum qualitatis in ea infinita: z ita pnomē non est circūscripte significationis z hoc est ꝑm magis incircunscripte. ¶ Ad quartū dicēdum ꝙ infinitatio non est cuiuscūqȝ qualitatis: sed qualitatis signate per terminū. q̄litas aūt quam cōtrahit pnomen ex demōstratione z relatione non est de significatione pronoīs: z ideo gr̄a illius infinitari non pōt. ¶ His habitis ulterius forte dubitaret aliqs de infinitatione noīs. z primo an omne nomen infinitari possit. z videt̄ ꝙ sic: eo ꝙ omne nomē significat substātiam cum qualitate. sed cōtra cōpōnem qualitatis cū substātia pōt fieri negatio infinitatis ut videt̄. Adhuc oē nomē aut est substātiuū aut adiectiuū: sed substātiuum infinitari pōt z qua rōne vnū et quodlibet cum omniū substātiuoȝ sit eadē natura inquātū substātiua sunt. Similiter adiectiuū infinitari pōt z qua rōne vnū z quodlibet qa oīum adiectiuoȝ inquātū huiusmodi est eadem natura: z ita cum omne nomē sit substantiuū uel adiectiuum omne nomē infinitari pōt. ¶ Ad oppositū sic. Nomen infinitū ut dicit̄ cōmuniter ponit aliqđ supius ad terminū infinit^tem sed ente nihil est supius. ergo si dicat̄ non ens nihil poni pōt: z si hoc ens infinitari non poterit ut videt̄ z loquit̄ de ente ꝑm ꝙ nomē est ipsum ens. Adhuc oīs infinitatio est alicuius compōnis peremptio: ergo noīa circa que inquātū signt non est compō nec circa illa erit īfinitatio. Hec aūt sunt sicut deus: materia: forma: z quedam noīa accidētū ut albedo z cōsimilia. q̄re huiusmodi noīa non pn̄t infinitari. Adhuc qđ infinitū est nō eget infinitatione nec infinitari pōt ꝓpter: sȝ quedam sunt noīa infinita ut quis qualis quātus z consimilia. ergo hȝ ꝓprie infinitari non deberet. Adhuc infinitatio non est nisi eius qđ prius finitū erat sed signa vniuersalia ut oīs nullus z alia que dicūt dispōnem sibi inquātū h^m neqȝ signt qualitatē finite neqȝ substātiā finite quasi nihil in eoȝ significatione infinitādum est z ita nec infinitari debet. Adhuc ꝓprietas īfinitationis est interimere formā z ipsam ꝓuare z dare intelligere forme ꝓuationē sicut patet in isto infinito nō homo. sed quedā sunt noīa ꝓuationem significātia ut nemo nihil z cōsimilia qbus si adueniat negatio interimet negationē reptam z nō faciet intelligi forme ꝓuationem sed magis pōm z dabit aliqđ affinite intelligere, est cōtra naturā termini infiniti. quare videt̄ ꝙ huiusmodi noībus negationē significātibus nō sit addeda negatio infinitās. Ex his ergo videt̄ ꝙ non oīa noīa infinitari pn̄t qđ cōcedendū est. Et dicēdum ꝙ adhuc ꝙ nomē infinitet̄ duo exigunt̄. vnū est ꝙ significet̄ ibi qualitas finita z nō oportet eam substātiari per qualitatē infinitā. Aliud est ꝙ nō sit nomen negatiuū sed positionem significās per primam conditionem est ꝙ noīa infinita nō infinitant̄ nec etiā signa vniuersalia. per secūdam vō huiusmodi dictiones nō infinitant̄ nemo nihil zc̄. Oīa autē alia ab his infinitari pn̄t ex quo patet ꝙ noīa ꝓuatiua nō pn̄t infinitari. ¶ Ad obiecta ergo dicēdum ad primū ꝙ nō oīs compō qualitatis cū sb̄a pōt esse sb̄m infinitatiōis. oportet eni ꝙ sit qualitas finita ꝓuata siue substātialis siue accidētalis. ¶ Ad

secūdum ꝙ nomē adiectiuū qđ nō infinitat̄ ꝓpter hoc ꝙ adiectiuum est ~~nō infinitat̄~~. nec substātiuū infinitat̄ ꝓpter hoc ꝙ substātiuum est: sed ꝓpter naturam substātialē. s. ꝓpter qualitatē finitam signatam in sb̄a: z ideo non omne adiectiuū nec omne substātiuū infinitat̄. Adhuc autem qđ opponit̄ hȝ nomē ens non posse infinitari. dicendū ꝙ pōt z nō est necesse omne nomē infinitū aliqđ ponere ꝑm rem sed ꝑm rōnem. vnde cum infinitat̄ ens qđ simpliciter est delinquit̄ ens qđ est cōmune enti ꝑm rem z ꝑm rōnem sicut patebit in sequen̄ questione. Adhuc aūt qđ opponit̄ in noībus simplicis significatiōis. Dicēdū ꝙ nullum nomē accidētis significat rem ita simplicē ꝙ nō sit in ea cōpositio ut res huius noīs albedo cōpositionem habet ex luce z diaphonitate. similiter nomen materie aut forme est sine quadā cōpōne: qr̄ hoc nomē materia non dicit solam sb̄am materie sed ipsam cū alia posita annexa. similiter hoc nomē forma non solū sb̄am forme dicit sed sb̄am eius cum alia posita. similiter hoc nomeo deus. non enim est nomē diuine eēntie sed alicui^s ꝓprietatis per quā ipsum intelligimus. significat enim idē hebraice ꝙ timor latine ut dicit̄. similiter z de alijs noīnibus ꝑme cause attributis. nullū enim illoȝ diuinā eēntiam purā significat: sed per aliquā ꝓprietatē dat eā intelligere z ita in omni tali noīe aliqua est cōpositio ad quam referri pōt infinitatio. Ex his ergo manifestū est que noīa infinitari pn̄t z que non. ¶ His habitis forte dubitaret ulterius aliqs de noīe infinito. utrū aliqđ ponat uel nō. z ꝙ sic videt̄ per dictū Ari. in hoc capl'o ubi dicit ꝙ ei qđ est non equale subiacet. s. inequale. Adhuc ꝑm ipsum eadē est ɔ̄sitia terminoȝ finitoȝ z ꝓuatorum que est finitoȝ z infinitorum: sed ad terminū ꝓuatiuum sequitur termin^s pure negatus z nō ecōuerso z hoc ꝓpter id qđ ponit̄ per terminū ꝓuatiuum: quare cū similiter ad terminū infinitū sequat̄ terminus negatus z nō econuerso hoc erit qr̄ terminus infinitus aliqđ ponit. Adhuc si terminus infinitus nihil ponit hoc est per negationē z si hoc nō differt a pure negatiuo qđ manifeste falsū est. Adhuc si terminus infinitus nihil ponat ergo ubicūqȝ subicit̄ terminus infinitus erit negatiua ꝓpō. sic enim est in oībus ꝙ ubicūqȝ ponit̄ ad sb̄m negatio simpliciter negās ita ꝙ nihil ponit̄ manet ꝓpositio negatiua: sed manifeste falsum est oēm ꝓpōnem negatiuā in qua subicit̄ terminus infinitus ergo talis terminus aliqđ ponit. Adhuc in omni ꝓpōne affirmatiua sb̄m aliqđ ponit qđ est ens uel modū entis. sed ꝓpositio in qua subicit̄ terminus infinitus est affirmatiua nisi adsit alia negatio ergo per sb̄m aliqđ ponit̄ qđ est ens uel aliqđ per modum entis se habēs: ergo videt̄ ꝙ per nomē infinitū aliquid ponit̄. ¶ Ad oppositū sic dicit Aug^o. ꝙ ab eadē forma imponit̄ hō z nō homo si h^c per positionē illius forme nō homo nec per eiusdē ꝓuationē: q̄re sicut hoc nomē homo significatiuū est forme hoīs sic hoc nomen non homo significatiuū est ꝓuationis illius forme. cum ergo sola ꝓuatio nullius rei sit positiua hoc nomen non homo nullā rem ponit z similiter itelligit̄ de omni tali. Adhuc dicit Boecius in paruo cōmēto sup librū per yer^as. ꝙ qui dicit homo rem cōstituit. qui dicit non homo rem qdem tulit: sed nihil addidit quare nō videt̄ tale nomē aliqđ ponere sed priuare solū. Adhuc in noīe substātiuo substātia z qualitas non differunt eēntialiter sȝ sicut qđ est in quo est: qualitas enim forma est: substātia aūt cōpositum: q̄re videt̄ ꝙ si infinitet̄ tale nomen z priuet̄ q̄litas ꝓuat̄ z substātia. sed utraqȝ ꝓuatiua nihil manet qđ sit de significatione noīs. q̄re videt̄ per talē terminum solā ꝓuationē significari z nullius rei rōnem. Adhuc si oīs homo est aīal omne nō aīal est nō homo. sȝ lapis est non aīal ergo lapis est nō hō: z si hȝ ergo lapis est q̄re ꝓmo. si oīs hō est aīal lapis est istud non sequitur. Sed non videt̄ argumētum suscipe impedimētum ubi

per hoc q terminus infinitus nihil ponit. videt igit q oporteat dici ipsum nihil ponere. Adhuc ens infinitat z non pot poni aliqd per eius infinitatione cum ipsum sit comunissimu quare no est necesse nomen infinitu aliquid ponere. Et dicet q ens infinitari non pot. C Sz cotra omne aial est ens. hoc fm Boecium couertit per cotrapone quare dicet omne non ens est no animal: z ita oponet ens infinitari. Adhuc nomen non dicit aliquid ponere nisi qd per ipsum significat. sed per nome infinitum ut cum dico no homo no significat res aliqua si enim significaret intellectus dicens illa rem apprehenderet determinate qd manifeste falsum est. nihil enim apprehendit intellectus nisi rei priuationem quare tale nomen non ponit aliquam rem. Adhuc dicit Boecius q nomen infinitum similiter dicit de quolibet qd est z qd non est: sed enti z no enti nulla res comunis est qre per nomen infinituz nulla res ponit. Ad hoc soluendum distinguendum est nomen per substatiuu z adiectiuuz. in noie autem sbstatiuo sbs z qualitas non differunt per essentiam sed tm fm ronem sicut qd est z quo est. qualitas enim ipsa forma est per quam fit eius intellectu apprehendit. substatile autem cum ipsa forma tota essentia aggregati est uel pars dignior z ideo ipsa priuata priuat tota significatio talis nois. Unde si infinitet nome substatiuuz tota significatio eius negat z nihil ponit. z dico nihil fm rem. i. qd sit in rerum natura sed solum aliqd fm ronem uel imaginatione sicut priuatio re uel aliqd fm dictionem. Et hoc dico q per huiusmodi nomina loquimur tanq res ueras significaret. Dicedum q non homo est qualitas uel est h in cuius uel aliquid huius. huius autem nomen derelinquit aliqd z sibi compatit qi cum sit non homo cotingit q sit aliquid fm naturam sicut lignu uel lapis uel huiusmodi. sed hoc necesse non est immo pot omnino nihil esse z ideo hu infinita noia dicuntur nihil ponere. Si autez querat expositio. dico q exponitur sic. Non homo. i. ens qd no est homo. sed hoc qd dico ens in hac expositione non dicit aliqd ens fm naturam sed accipit comuniter ad ens fm naturam z fm ronem uel intellectum z sic ponedo ens no ponit aliquid simpliciter sicut iam patebit. ergo manifestum est q nome substatiuu infinitatu nihil rei ponit. si aute infinitet adiectiuum aut significat formam eentialem sicut quedam nomina differentiarum ut rationale z animatum z hu. z est de his eadez ratio que est de substatiuis ut significat forma accidetalem sicut album: iustu: bonum z cosimilia. in talibus autem qualitas z sbs differunt fm eentiam significat sibi qualitas finita accidetalis. substatia autem infinita de cuius eentia no est ipsa qualitas accidetalis z ideo in talibus ponit aliquid. priuata enim qualitate ponit infinita substatia sic non album aliqua res que non est alba. Ex hys ergo patet solutio ad duo pma obiecta. loquitur enim hic Ar. tm modo de noibus infinitis adiectiuis accidetalibus. talia autem ponut ut dictu est. C Ad tertium dicedum q nomen infinitum substatiuum differt a nomine pure negatio quia nome pure negatiu nihil ponit fm rem neq fm ronem neq aliquid derelinquit nec secum compatit quatum de se est. nomen aute sbstatiuu infinitu quis rem nulla ponit tamen aliquid fm ronem ponit sicut priuatione z aliquid derelinquit aut secum compatit qd est uere res sed non ponit illud. bene enim possibile est cu sit no homo q sit lignu uel lapis uel aliquod tale hoc tame per terminu infinitu non ponit qr circa qd nihil fm rem sic qd est non homo. C Ad quartu dicedum q nomen infinitu sbstatiuu qs se nihil ponat non tame si subiciat facit ppositionem negatiuam. ponit enim priuatione que se habet sicut sbin tanq ens prout nos dicimus chimera significare ens priuationes etiam z negationes aliqd esse: nihil tamen fm rem ponit: z est simile de eo qd dicimus q uidete tenebras nihil video. sic enim intelligedo non hoiem nihil intelligo nec qd significat non hoiem aliquid simpliciter significat. C Sed hic obiciet aliquis si significans no hoiem nihil significat ergo est uox no significatiua sicut buba. Et dicendu q non. hoc enim qd dico buba intellectu nullo modo costituit. hoc autem qd dico no homo aliquo modo costituit ipsum. facit enim intelligere q homo non significat. nullam tame rem intellectu costituit quatum de se est sed solam rei priuationem. Unde sic uidedo tenebras aspicio ut uideam aliquid z no tame aliquid uideo. Similiter intelligo tm infinitum circumspicio intellectu ut rem aliquam apprehedat sed no apprehendit nisi priuationem rei z illud dico de substatiuis infinitis. C Ad quintu patet solutio q cum subicit nomen infinitum ponit rei priuatio tanq aliquid ens z h est ratione sbi: sed non ponit res aliqua fm naturam. C Rationes aute posite ad secudam partem questionis cocedede sunt. ostendut enim q nomen substatiuum infinitum nihil ponit z q ens infinitet qd cocedendu est: nec est necesse q ponat aliqd sed priuationem rei qd nihil est nisi fm ronem uel imaginationem: uel fm dictionem: z h notadum est q non debet pprie infinitari ens nisi fm q dicit simpliciter ens fm natura z fm ueritate z tunc priuat simpliciter ens z derelinquit ens fm rationem uel fm opinione: istud tame non ponit per se pm: si autem accipiat ens z est enti simpliciter z enti fm animam siue fm opinionem z addat ei negatio puto q sola negatio erit qi nihil derelinqt illa priuatio cum priuet ens tam fm ronem q ens fm rem. sic enim omnino priuat ens sonat idem qd nullo modo ens: ens autez in tali comunitate acceptum no est alicuius finite significationis z ideo in tali acceptione non infinitat z hoc est qd pus diximus tale nome non infinitari cuius non est aliqua finita significatio qualitatis. Et nota q hoc totuz intelligedu est de noie infinito in se cosiderato qr ex coparatione eius ad alterum in orone aliquid videt ponit ut non homo currit. Ex hys ergo manifestum est qd nomen infinitet. z qd non: z qd infinitum ponat aliqd z qd non. C Sed iuxta hec incidut questiucule. una est in quo differut nomen infinitum apud gramaticum z nome infinitum apud logicum. Et dicendu q nome infinitum apud gramaticum tam substatiam q qualitatez significat z per pom sed infinite. Nomen autem infinitum apud logicum significat cuz priuatione z non significat qualitate ueram nec substatiam ueram sed priuationem forme pro qualitate: z ens comune fm rem z fz rationem pro substatia enim copositum ex tali ente z priuatione qualitatis. C Alia questio est quare negatio aliquado in copositione cum noie facit tm pure negatiuu ut nemo. aliquado autem infinitat ut no homo. Et dicedum q hoc est qr cum dicit nemo negatio in copone illa negat omnia supposita respectu pdicati z ideo pura negationem facit. terminus aute infinitus ponit priuationem qualitatis cum ente comuni cum ens fm naturaz z fm rem z ideo puram dat negatione. C Solet autez queri per quam natura nomini cotungunt negatio in copone ad infinitadum quid etiam significatu in nomine infinito tanq qualitas z quid tanq substatia: sed hec patent ex predictis. Ex hys ergo manifestu est de infinitatione nominis quomodo se haberin se.

Unc autem restat querere de nomine priuatiuo. z pmo quis terminus priuari possit. z videtur q omne nomen aliquez habitum sigt z cuiuslibet habitus est aliqua priuatio quare significationem cuiuslibet nominis priuare contingit. Adhuc omne nomen significatiuum per ponem negatiue singulare potest. sed omne nomen per impositum aliquid per pom significat uel semper uel frequeti qr nome uel semp uel ut frequetius

priuari poterit. ¶ Ad oppositum sic nomen priuatiuum dicit priuationem forme cum potentia ad eandem uel aptitudinem et talis est maxime forma accidentalis que cum priuetur habet potentiam uel aptitudinem ut iterum insit quare nomen priuatiuum in accidentalibus proprie inuenitur et hoc concedendum est, de talibus enim priuatiuis loquitur hic Aristoteles. ¶ Ad obiecta dicendum quod omnis habitus est aliqua priuatio sicut negatio. unde significationem cuiuslibet nominis contingit perimere per negationem non tamen quodlibet nomen potest fieri priuatiuum secundum quod loquitur Aristoteles de priuatiuis. ¶ Sed obiciet aliquis de huiusmodi nominibus irrationale inanimatum et consimilibus que priuatiua sunt et tamen non dicunt aptitudinem siue potentiam ad formam. Et dicendum quod duplex priuatio dicitur. uno modo secundum totum. scilicet quando priuatur forma et potentia siue aptitudo ad formam et de talibus priuatiuis non loquitur hic Aristoteles. Alio modo secundum partem. scilicet quando priuatur forma sed ponitur potentia siue aptitudo ad formam et sic est in huiusmodi priuatiuis iniustum inequale et consimilibus de quibus loquitur hic Aristoteles. Patet igitur quod non loquitur hic Aristoteles de terminis priuatiuis ubi non priuatur forma accidentalis, et hoc notandum quod multa plura possent esse huiusmodi quam sunt sed essent imposita secundum usum habita. ¶ Consequenter est questio que sit differentia inter nomen priuatiuum et infinitum et pure negatiuum. Et dicendum quod omnia conueniunt in hoc quod formam significant per terminum priuatiuum differunt autem in hoc quod terminus negatiuus quantum de se est omnino negat nihil ponendo nec secundum rem nec secundum rationem. terminus autem priuatiuus et infinitus aliquid ponit secundum rem et rationem sed differenter. Terminus enim priuatiuus priuat formam sed ponit rem aliquam sicut aptitudinem ad formam. terminus autem infinitus si fuerit substantiuum uel adiectiuum significans etiam sic priuat formam et potentiam ad formam ponendo aliquid secundum rationem sed nihil secundum rem. Si autem fuerit adiectiuum priuat tam qualitatem finitam quam aptitudinem ad eam. Sed aliquid secundum rem ponit sicut substantiam infinitam et eandem enim substantiam ponit terminus infinitus. ¶ Adhuc notandum quod nomen negatiuum quantum de se est nihil derelinquit neque secum compatitur: nomen autem infinitum et priuatiuum id faciunt. ¶ Adhuc nomen infinitum inuenitur tam in substantialibus quam in accidentalibus terminis. nomen autem priuatiuum in accidentalibus tantum. Ex his manifestum est quomodo infinitatur casualia et quomodo nomen priuatur et que sit diffinitio nominis negatiui infinitiui et priuatiui. ¶ De participiis autem sciendum quod infinitantur et est similis natura eius participiorum et infinitorum et adiectiuorum infinitorum significantium formas accidentales. ¶ Et quia ulterius forte dubitaret aliquis de infinitatione non casualis sicut uerbi. queritur primo utrum omne uerbum infinitari possit uel non. et uidetur quod non omne hac ratione quod uerbum infinitiuum speciale agere priuat et commune siue supius ponit sed non est supius in uerbis quam hoc ipsum est quare si dicatur non est non poterit poni aliquid supius et si hoc non potest hoc uerbum est infinitari. ¶ Adhuc quod similiter est in quolibet quod est et quod non est non est infinitum. sed Aristoteles in libro peryermenias uult quod ista uerba opinatur solet contingit et huiusmodi sic se habent ergo infinita sunt et si hec infinitari non possunt omnia infinita sunt. Adhuc priuationis non est priuatio sed hoc uerbum priuare et negare priuationem dicit quare sup ipsum non cadet alia priuatio infinitans. Adhuc uerbum excepte actionis semper diffinit supra determinatum suppositum quare addita ei negatione negatur res uerbi a supposito determinato et actuali quare erit pure negatiuum et non infinitum et in uerbum excepte actionis semper infinitari non potest sed negari. ¶ Ad oppositum sic similiter est de ente quod est nomen quantum ad infinitationem sicut de esse quod est uerbum: sed ens quod est nomen infinitari potest quare et esse quod est uerbum et ita hoc uerbum est poterit infinitari. Adhuc omne uerbum significans quamcumque actionem determinatum per modum ponentis et non habito respectu ad actuale suppositum et determinatum potest admittere negationem que infinitet illam. hoc enim solum requiritur in uerbis ad hoc quod infinitari possit: sed omne uerbum sic significat nisi forte uerba excepte actionis. etiam hec uerba negare priuare annihilare et huiusmodi quare hec et alia infinitari possunt et hoc est concedendum. sufficit enim uerbo ad hoc quod infinitetur ut aliquid determinatum per primum significet siue per modum ponentis et non respiciendo suppositum determinatum. ¶ Ad obiecta dicendum ad primum sic quod non est necesse uerbum infinitum aliquid supius ponere immo nihil ponit secundum rem sed solum secundum rationem sicut de aliquo nomine infinito dictum est: attendendum tamen hic est quod si hoc uerbum est dicat esse secundum rem si priuatur et infinitatur relinquit esse secundum rationem et si non ponat ipsum. Si autem hoc uerbum est dicat esse commune ad esse secundum rem et secundum rationem sic non significat aliquod esse determinatum neque infinite et ideo addita ei negatione erit infinitatio immo magis pura negatio cum priuat esse omnino et nullum esse delinquat. omnium enim infinitorum est hec proprietas scilicet ut aliquid derelinquat et aliquid compatiantur quamuis non ponant aliquid. ¶ Ad secundum dicendum quod ista uerba opinatur solet contingit et huiusmodi similiter sunt in quolibet quod est et quod non est differenter tanquam uerba infinita. uerba enim infinita sic se habent per particulam negationis additam et per naturam priuationis in eis. Alia autem uerba ex sua significatione quam per positionem significat sic se habent et ideo non sequitur quod infinita sunt. ¶ Ad tertium dicendum quod licet huiusmodi uerba priuare negare et huiusmodi significent actum priuandi et negandi non tamen per modum negationis aut priuationis sed per modum ponentis et ideo infinitari possunt: sic autem non fuit in omnibus quod si dicam nemo non solum significat negatio sed et per modum negationis et ideo non infinitatur. ¶ Quarta ratio procedit hinc quod omne uerbum infinitari possit preter illud quod est excepte actionis. ¶ Deinde queritur utrum uerbum in omni differentia persone indifferenter infinitari possit ita quod differat a uerbo pure negato. uidetur quod non. Dicit enim Boecius in paruo commento sup librum peryermenias. quod uerbum infinitum cum ponitur in oratione non differt a uerbo pure negato sed prime et secunda persona uerbi intellecta plene orationis habent eo quod in eis diffinite intelligatur. quare si addatur eis negatio pura erit negatio et non infinitatio. Adhuc quando actualiter remouetur predicatum ab actuali supposito est oratio negatiua: sed sic est in additione negationis ad primas et secundas personas uerborum sicut patet intuenti quare negatio addita prime uel secunde persone uerbi non facit uerbum infinitum sed pure negatum et hoc est concedendum. Et notandum quod similis potest esse ratio de uerbo excepte actionis et de uerbo in tertia persona quando ei additur negatio ad infinitandum. pure enim negatiuum tenebitur et non erit proprie infinitatio. Notandum tamen est quod si aliquis uelit dicere quod uerbum infinitum est omnis dictio composita ex negatione et uerbo sic contingit infinitare uerbum excepte actionis et uerbum prime et secunde persone si componatur cum illis negatio. sed non est realis differentia talis uerbi ad uerbum pure negatum ut dictum est. ¶ Ulterius queritur de uerbo tertie persone infinito utrum cum sit extra orationem aliquid differat a uerbo pure negatiuo uel non. et uidetur quod non. sic hoc uerbum non currit cum sit infinitum exponibile est. aut ergo sic exponitur est non currens uel non est currens. si primo modo tunc magis infinitatur participium quam uerbum. si secundo modo pure negatiuum est et isto modo exponi oportet: uel erit infinitatio participii quare uidetur quod uerbum infinitum nihil ponat. Adhuc ipsum similiter in quolibet quod est et quod non est sicut dicit Aristoteles in peryermenias. sed enti et non enti nihil commune est: quare uerbum infinitum nihil commune ponit et ita pure est negatiuum. sed dicet aliquis quod est actio uniuersalis et specialis. specialis autem actio priuatur per uerbum infinitum. generalis autem ponitur. uerbi gratia non currit idem est quod agere aliquid quam currere. Sed istud inuenire non potest in hoc uerbo est quare illud dictum generale non est. Adhuc istud uidetur falsum quod non ponitur per terminum nisi quod per ipsum deprehenditur ab intellectu: sed per ipsum uerbum infinitum non

apprehendit magis ens q̄ nō ens q̄ ipm nō ponit ens. sir etiā necesse est eadē rōne. ¶ Ad oppositū sic cum similiter se habēt noīa ad infinitationez sicut verba ⁊ eō cuz quedā noīa infinita aliqd ponant ⁊ quedam verba īfinita aliqd ponēt. Adhuc oē qd est nota dicēdi unū de altero aliqd dic ⁊ ponit alteri inē. sed verbū īfinitū est tale sicut pater per Arīs. in liº pyerºª. q̄re verbū īfinitū aliquid ponit ⁊ dicit alteri inēe: ita videt q̄ verbū infinitū aliqd ponat. Ex dicēdū est sicut dictū est de noie infinito substātiuo q̄ verbū infinituz nihil ponit ſm rē. s. q̄ sit in reruz natura aliqd tū ponit ſm rōnē sicut puationem actionis cōpatit etiā secū q̄ actionē sed nō ponit eā immo derelinqt. sicut enim pōt eē q̄ nō currit ⁊ q̄ sedeat sed hic nō ponit per currere ꝯiungit qd nullaz penitus agit actionē. vn̄ ponit eē qd est cōe ad eē in re ⁊ ad eē in rōne verbū aūt pure negatū quātū de se est nihil ponit ſm rē nec ſm rōnē nec aliqd derelinqt vel cōpatit ſm q̄ tale. ¶ Ad obiecta dicēdū ad pmum sic nō currit sic exponitur non est currēs nō in est verbū pure negatū ⁊ rō eius prius dicta est. ¶ Ad scdm dicendum q̄ ſm rem nihil cōe est ei qd est ⁊ qd non est ideo nihil ſm rem ponit q̄ nihil ſm rem cōe est ad ꝯdictoria. aliqd tamē ponit ſm rōnem cōmune eis. s. actionis puationē alia aūt opposita cōcedēda sunt. ¶ Ad ea aūt que opponunt ad scdam partē questionis dicēdū ad pmū sic. q̄ noīa infinita diuersarū sunt naturarū respectu infinitationis. sed sic nō est de verbis: ⁊ ideo q̄uis aliqd nomē infinitū aliquid ponat nō oportet q̄ aliqd verbū infinitum aliqd ponat ⁊ dico aliqd qd sit in rerū natura ⁊ sit ens. ¶ Ad scdm dicēdū q̄ verbū infinitū rōne ponit aliqd simplr negatum ⁊ ita nō ponit aliqd sed magis priuat. ¶ Hoc habito cōsequēter querit utrum verbū infinitū in orone differat a verbo pure negato. ⁊ videt q̄ nō q̄ verbum significat esse aliquātū ad ens q̄re si ponit illud ens in orone statim adueniēte negatione remouet ab eo res verbi: sed cum ita sit fit pura negatio quare videt q̄ verbū infinitū respiciēs actuale suppositū pure negatiuū est. ¶ Adhuc si actuali cōpōni inter extrema actualiter entia superuenerit negatio negat vnū extremū ab alio faciēs negationem purā ⁊ sic est cum verbuz infinitū in orone ponit q̄re ibi ponat negatio est. ⁊ h̄ cōcedēdū est ⁊ hoc plane dicit Boecius in 2º peryerªª. ¶ Hoc tn̄ notādū q̄ cum verbū infinitū in orone pure negatiū sicut non habet de se sed h̄ cōtrahit ex terminis quoꝝ alterū necessario ab altero remouet quādo actualiter exprimit. verbuz aūt pure negatū ex se habet q̄ actualiter neget aliqd ab aliquo ⁊ de se habet q̄ oronem faciat negatiuā cum verbū infinitū a suis extremis habeat h̄. ⁊ sic patet quomō se habēt ad inuicē verbū infinitū ⁊ verbū pure negatū. Ex pdictis igit manifestū est que sit natura terminorū infinitoꝝ in generali ⁊ in speciali tam casualiū q̄ nō casualiū: que sit etiam natura noīuz puatiuoꝝ ⁊ quomō se habeant ad noīa infinita.

Similiter aūt quādo sic se habent ⁊ a. ⁊. b. ut simul qdem eidez nō contingāt omni aūt ex necessitate alteruz: ⁊ rursum. c. d. similr: sequat ad qd est a. c. ⁊ non cōuertat: ⁊ id qd est. b. sequit. d. c. ⁊ nō cōuertit ⁊. a. qdem ⁊. d. ꝯtingāt eidem. b. aūt ⁊. c. non contingent.

¶ In hac parte que est de bn̄ esse huius capli quedam introducit ad predictoꝝ euidētiam ⁊ diuidit in duas. in pmo ponit quādā ꝯñtiam verificādā cuius ꝯñs quadruplex est. in secūda ipsam ostēdit cum dicit. [Pmum ergo.] Ꝯña verificāda talis est si aliqd sequit ad aliquid ⁊ nō ecōuerso. s. si ad oppositū ꝯñtis sequit oppositum antecedētis ⁊ nō ecōuerso. s. non ad oppositū añcedētis sequitur oppositū cōsequētis ⁊ cōpoª sunt ꝯsequēs ⁊ oppositum añtis. similr incōpossibilia sunt añtes ⁊ oppositū cōsequētis ⁊ intelligēduz est de oppositis cōtradictorie. p. e. p. b. oppositum ꝯiugēns ⁊ h̄ est. [Similr aūt qn̄.]

¶ Primum ergo qm̄ ei qd est. b. sequit. d. huic manifestū est qm̄ enim eoꝝ que sunt c. d. alterum ex necessitate omni inest: cui aūt. c. nō cōtingit. b. eo q̄ simul infert. a. a aūt ⁊. b. nō contingūt eidez. Manifestum quoniā. d. sequit ad. b. rursum ei qd est. a. non cōuertit qd est. c. omni. a. vel. c. vel. d. inest: ꝯtigit aūt. a. ⁊. d. eidē ineē. b. aūt ⁊. d. eidem nō cōtingit: eo q̄ consequit. a. ei qd est. c. si hoc cōtigat: accidit enim qd impossibile. Manifestuz igit qm̄ neqȝ. b. ei qd est d. cōuertit: eo q̄ cōtingit simul. a. ⁊. d. ineē accidit aūt aliquonēs ⁊ huiusmodi terminoꝝ ordine falli eo q̄ opposita nō sumantur recte: quoꝝ necesse est omni alterū inesse: ut si. a. ⁊. b. nō cōtingūt simul eidē necesse est aūt ineē cui non alterū alterum: ⁊ rursus. c. ⁊. d. Siliter cui aūt. c. omni sequitur. a. accidet enīz cui. d. ⁊. b. ineē ex necessitate qd falsum est. Sumat enim negatio eoꝝ que sunt. a. ⁊. b. ut ea que in qbº. f. rursus eoꝝ que sunt. c. ⁊. d. in qbus. g. necesse est ergo omni ineē vel. a. vel. f. aut enim affirmationē aut negationē: ⁊ rursum aut c. aut. g. affirmatio enīz ⁊ negatio ⁊ cui. c. omni. a. positū est: q̄re cui. f. omni: hoc qd est. g. Rursus quoniā eoꝝ que sunt. f. b. oī alterum: ⁊ eoꝝ que sunt. g. d. similr: sequatur aūt. g. ei qd est. f. ⁊. b. ei qd est. d. sequat hoc enim scimus. Si ergo. a. ei qd est. c. ⁊ ei qd. d. sequit. b. h̄ aūt falsum: ccontrario enim erat in his que sic se habēt cōsequentia: non enim necessariū fortasse omni inesse: aut. a. aut. f. neqȝ. f. aut. b. non enīz est negatio eius qd est. a. hec que est. f. naz boni nō bonū negatio non est aūt idem hoc qm̄ est neqȝ bonū neqȝ non bonū. Similiter aūt ⁊ in. c. d. nam negationes que sunt due sunt sumpte.

¶ Cōsiter verificat eam ⁊ pmo ostendit pmam ꝯñtiam sic cuicūqȝ repugnās antecedēs eidem inest oppositū añcedētis qd alterū illoꝝ de quolibet ⁊ non ambo de eodem: sed antecedēs repugnat opposito ꝯñtis q̄ ubicūqȝ repugnat ꝯñs eidem repugnat añcedēs. ergo oppositū antecedentis ꝯñs est ei. s. opposito ꝯñtis ⁊ ita patet si aliquid sequat ad aliud qd ad oppositū añtis sequat oppositum ꝯñtis ⁊ h̄ est. [Pmū ergo qm̄.] 2º verificat tertiā ꝯñtiā sic cuicūqȝ nō inest añs eidez inest eius oppositū: sed ꝯñtis nō necessario inest añs q̄ nō ꝯuertunt ergo ei pōt ineē oppositum añtis q̄re cōpoᵇⁱˡⁱᵃ sunt ꝯñs ⁊ oppoᵐ añtis ⁊ h̄

est.[Rursum qm̄ et.] Tertio ostēdit q̄re tam ꝯñtiaꝫ sic
deducēs ad impossibile sed cōpossibilia sunt añs ⁊ op-
positū ꝯñtis:⁊ qcqd est cōpossibile añti est cōpossibile cō
sequēti.ergo oppositū ꝯñtis est cōpossibile ⁊ ita cōtradi-
ctoria simul stabunt qḋ est impossibile.relinquit igit ꝙ
incompossibilia sunt añs ⁊ oppositum ꝯñtis ⁊ h̄ est.[b.
autem ⁊c.] Quarto ostēdit scḋam ꝯñtiam ⁊ hoc facit vl-
timo q̄a circa hoc magis imorandum est.⁊ procedit sic.
primo ostendit ꝯñtiam sic si ad oppositum antecedentis
sequat oppm ꝯñtis ⁊ qcqd est cōpole añcedēti ē cōpole ꝯñ
ti cū ꝯñs sit cōpole opposito añtis ut p̄o ostēsum est ⁊ ip̄z
erit cōpole opposito ꝯñtis:⁊ ita simul ꝯdictorie qḋ est i-
possibile.relinquit ergo ꝙ ad oppom añtis nō segt op-
positū ꝯñtis nō ꝯñtibilis est.[Et h̄ mem est igit.] 2o cō
tra eā opponit sophistice ⁊ soluit ⁊ diuidit in duas. In p̄
ma opponit.in 2a soluit cū dicit.hoc aūt falsum in oppo-
nēdo.sic p.p̄o p̄patat ad oppom dicēs ꝙ si.a.⁊.b.ꝯdicāt.
⁊.c.⁊.d.ꝯdicant ⁊ ex.c.seqtur.a.videbit ex.d.seq.b.⁊ ita
ad oppom añtis seqtur oppom ꝯñtis ⁊ h̄ est.[accidit au-
tē aliquotiēs.] 2o opponit oppom sic.sit.b.negō eoꝝ que
sunt.a.b.sic.h.negō eoꝝ que sunt.a.b.sic.h.negō eorum
que sunt.c.d.erit g̃.f.negō ipsius.a.⁊ adhuc ipsius.b.sil'r
h.erit negō ipsius.c.⁊ sil'r ipsio.d.arguunt ergo sic.si ad
c.seqtur.a.cuꝫ oppom ipsius.b.sit.f.⁊.b.oppom ipsius.c.
tūc per ꝯñtiaꝫ eꝯo nup enim sit ad.f.seqtur.h.sed opposi
tum ipsius.f.est.b.⁊ oppositū.h.est.d.q̄re cū ad.f.sequat
h.per ꝯñtiā eꝯo ad.a.seqtur.b.⁊ ita ad oppositū añtis se-
qtur oppositū ꝯñtis ut videt ⁊ hec ē sil'r negō. Cōtra sol-
uit ⁊ p̄cedit sic.p̄mo interimit hāc ultimā ꝯñtiaꝫ ⁊ h̄ est.
[hoc aūt falsum.] 2o r̄ndet ad rōnē que videt eam p̄ba-
re dicēs ꝙ nō sunt ꝯdictoria.f.⁊.a.vel.f.⁊.b.f.enim non
est negō ipsius.a.nec ipsius.b.sed sunt due negōnes ut
si.a.sit bonū ⁊.b.nō bonū.f.erit neq; bonū neq; non bo-
nū.sed istud nō est negatio ipsius.a.cū eniꝫ nō sit idem
ei qḋ est.b.nō enim sunt idē nō bonū ⁊ nō bonū in non
bonū.sil'r aūt dicēdū de.b.in eoꝝ que sunt.c.d.⁊ ita pa-
tet quoniā r̄ndēdū est opponēti sophistice ⁊ h̄ est.[Nō
enim fortasse.]

¶ In quot ergo figuris ⁊ per q̄les ⁊ quot
p̄pōnes ⁊ qñ ⁊ quō fit sillūs. Amplius aūt
ad que p̄spiciēdū ꝯstruenti ⁊ destruenti:⁊
quomō oporteat querere de p̄posito s̄m
vnāquāq; artē. Amplius aūt per quā su-
mamus viaꝫ que in singulis sunt p̄ncipia
iam pertransiuimus.

¶ Cōnter epilogat determinata in p̄o li.o.⁊ p̄o epilogat de
terminata de ḡnatione silloꝝ dicēs determinatū eē in q̄t
figuris sūt silli ⁊ h̄ dicit quātū ad numerū figurarum.⁊
qñ ⁊ h̄ dicit quātū ad f̄am figurarū.⁊ per q̄les ⁊ quot p̄
positiones ⁊ h̄ dicit nūm p̄pōnū sillocarū.⁊ quomō ⁊ h̄
dicit quātū ad modos figuraꝝ ⁊ h̄ est.[In quot ergo.]
2o epilogat determinata de inuētione mediꝫ.⁊ p̄mo quā
tum ad acceptionē p̄ncipioꝝ p̄prioꝝ de q̄bus ibidē dicta
est via accipiēdi ubi dixit.s̄m singularē eoꝝ.⁊ h̄ est[am
plius aūt per quā viā.] Et nota ꝙ nō epilogat determi
nata de reductione eo ꝙ epilogo fit per sillm memorie.
determinata aūt de reductione nup in p̄ximo aūt illud
capm differt aūt nō parū ⁊ ideo nō oportuit ea h̄ epiloga
re.aliter tñ exponūt aliꝫ illud ultimum amplius aūt per
quā determinat ibi epilogat determinata de reductiōe.
¶ Dubitabit forte h̄ de p̄nētia ptis huius videt enim
superfluere in p̄cedētibus enim in eodē capto ostēdat ea
que h̄ dicit.s.ꝙ ad oppositum ꝯñtis seqtur oppom añtis
ē nō eꝯo.⁊ ꝙ antecedētia sunt icōpossibilia ꝯñtia vo com-
possibilia. Et dicēdū ꝙ supius ostēsa sunt h̄ in ma s̄pali.
h̄n in terminis finitis ⁊ infinitis.h̄ aūt ostēdit eadē in uli

cōi ꝯuersione que fit in oī mā ⁊ h̄ facit ad p̄determinato
rū euidētiā ⁊ ita nō supfluit h̄ pars. ¶ Ulterio forte du-
bitaret aliqs utrū affirmationis ⁊ negōnis possit eē neg
Arēs.aūt dicit ꝙ nō:videt tñ ꝙ sic. Ois enim p̄pō siue
caca siue ypoca pōt vna negatione negari sit ergo copu
latio falsa ex ꝯdictoriꝫs ⁊ neget illa vna negōe sic sor.erit
⁊ sor.nō erit.igit p̄ꝫ ꝙ vna negō erit affirmationis ⁊ ne-
gationis. Et dicēdum ꝙ p̄pō p̄exñs cōponit ex affir-
matione ⁊ negōne si supuenerit negō distinguēduz est
aut enim referēda est negō ad actū exercitū aut ad actuz
significatū.⁊ dico actū exercitū qui intelligit per officiuz
dictionis copulatiue que sigt simul eē.dico aūt actum si-
gnificatū qui exp̄mit per sermonē in altera pte copulati
ue.si aūt referat negō ad actū exercitū tūc negat copula
tiuā s̄m ꝙ copulatiuā ⁊ nulla suarū partiū videt negata
est enim sensus negatiue ista non sunt simul vera:sortes
currit sor.nō currit ⁊ ita non negat affirmatio ⁊ negō ex
quibo fiebat copulatiua.si aūt negatio referat ad actū sigtū
nō trāsit ultra p̄mā ptē copulatiue q: vnio affirmatiōis ē
vna negō.vñ sensus est sor.nō currit ⁊ sor.nō currit.⁊ sic
patet ꝙ negatio apposita ad affirmationē ⁊ negōnē non
est utriusq; negatio eadē manēs.copulatiua enim inquā
tum hoi vna negatione negari pōt ꝫ illa negatio non ne
get affirmationē ⁊ negationē. ¶ Juxta h̄ querit utrum
negōnis sit negō.⁊ videt ꝙ sic qḋ h̄ dicit h̄ eē duas negō
nes ex hoc enim sequit ꝙ negōnis sit negō. Adhuc ois
affirmationis est alia negō.sed p̄pō negatiua quedaꝫ af
firmatio est q: ois p̄pō eius affirmatiua sui dicit q̄re ip
sa negari pōt. Adhuc negō superueniēs negōni destru
it negōnē inuētā ꝫ h̄ nō est nisi negādo q̄re negō nega-
ri pōt. ¶ Sed ꝯtra si negō negari pōt neget post negō
scḋa iteꝫ negari pōt eadē negōne.⁊ tertia adhuc ⁊ sic de
inceps qñ erit p̄cessus in negōnibus in infinitū h̄ autē
est inconueniens. Adhuc negō p̄exñtis affirmationis est
q̄re si aliqd neget añ aduētū negōnis affirmatū erit:sed
negō nō est affirmatio q̄re negōnis nō est negō. Et di-
cendū ꝙ negatio negari pōt ⁊ ita negōnis est negō.h̄ in
scḋa negatio s̄m rē affirmatio est s̄m qd tñ ⁊ uocemo ne
gatio:negatio enim adueniēs negōni destruit illā ⁊ illa
destructa ponit affirmationeꝫ s̄m qd igit est negatio ea
que est negōnis negatio ⁊ s̄m uocē ⁊ ita negari pōt ne
gatio sicut ostendūt p̄ine rōnes. Ipsa tamē s̄m rem affir
matio est.vnde si sup illam adueniat tertia negatio ipsa
s̄m rem nō est negatio negationis sed affirmationis ⁊
ita nō est ifinitas in negationibus.In uocis autē appōne
particule negationis bñ pōt esse quedā infinitas ⁊ h̄ oñ-
dūt rōnes ad secūdaꝫ partē iducte. ¶ Sed nūc restat du-
bitatio de hoc qḋ dictū est negationē perimere aliaꝫ ne-
gationem que sit causa huius cum simile nō sic natuꝫ ad
destructionē nec sil'r ad sui corruptionē. Et dicēdum ꝙ
causa eius est ꝙ de quolibet affirmatio ⁊ negatio. vnde
si alicui negationē supuenerit negatio de hac secūda ne
gatione uera erit affirmatio uel negatio sed negatio nō
pōt sicut patet q̄re de ea uera erit affirmatio. ¶ Ad ob-
iectum dicēdū ꝙ nō qualiter est in rebus nature ⁊ in re
bus rōnis. In rebus nature simile nō perimit suuꝫ simi
le nec idem seipsum. In rebus autē rationis potest hoc
cōtingere propter necessitatem hoi principij de quolibet
affirmatio uel negatio.

¶ Explicit liber primus Priorum Analeticorum.

¶ Incipit secūdus liber Prioꝝ Analeticoꝝ Aristotelis: cum Cōmētarijs Egidij Romani.

q Uoniam autem alij quidem sunt vniuersales alij vo particulares. Uniuersales quidē oēs semp plura sillogizant: pticulariū aūt pdicantiū quidez plura: negatiū vo 2clusionē solā: nā alie quidem ppōnes 2uertunt: priuatiua vo non 2uertit. Cōclusio vo aliquid de aliquo est quare alij qdē sillogismi plura sillogizant ut si.a.oñsum sit omni aūt alicui inesse.b. ꝛ.b.alicui.a.necessariuz inesse: ꝛ.a.si nulli b.a.ꝛ.b.nulli.a.hoc autez aliud a priore. Si autez alicui.b.nō inest.a.nō necesse est ꝛ.b.alicui.a.nō inesse: cōtingit eniz omni inesse: h ergo cōmunis omniū causa ꝛ vniuersalium ꝛ particularium.

negatiue in affirmatiuam sed hoc nihil est. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis de conuersione quam facit negatiue in affirmatiuam videtur enim nulla talis esse nisi in contingenti materia. Item si esset conuersio inter cõuersiones in primo deberet poni non autem posita fuit ibi ergo non est conuersio. Adhuc conuersa quã accipit videtur esse falsa quare videtur peccare in conuersione. si enim dicam nullus homo est asinus & cõuertam sic. Cui nulli inest asinus: illi omni inest homo hec est falsa: quia ligno nulli inest asinus nec tamen omni ligno inest homo. ¶ Ad primum dicendum q non est proprie cõuersio quã facit sed est transtatio conuertendo maiorẽ affirmatiuam. vnde primo conuersa est maior & deinde trãsmenda est h. Nullum. a. est. b. conuertitur in hanc cui nulli inest. a. illi omni inest. b. & quia conuersio non est sed magis quedã ypo^ca transtatio propõis ideo non numeratur in primo inter conuersiones. ¶ Ad secũdũ dicendum q sicut in affirmatiua propositione termini cõuertibiles sunt in negatiua debent termini inquantum possunt accedere ad conuertibilem sm q sunt contradicentes in genere & immediate ita q necesse sit alterum inesse necessario: ut cum dicitur nullum inequale est eq̃le. sed si debeat talis intelligi de cõuertibilitate circa maiorem patet q affirmatiua in qua transmutatur uera sit cui nulli inest inequale illi omni inest equale. vel potest dici melius non coartando minorem ad terminos sciz q per hoc q dicit cui intelligendum particulare aliquod a quo vniuersaliter remouetur. a. & cui inest. b. cũ illud oportet necessario esse. c. quia sicut dictum est in principio capituli fere non debet in circulari ostensione sumi terminus nouus extra preceptas. sic enim non erit circularis ostensio quare per hoc ipsum per virtutem ostẽsionis circularis oportet intelligere. c. & sic est propositio vera: scilicet alicui sicut. c. cui nulli inest. a. omni inest. b. ¶ Consequenter forte dubitabitur de sillogismo quẽ facit: sciz cui nulli inest. a. illi omni inest. b. c. nulli inest. a. ergo. c. omni inest. b. videtur enim q non sit sillogism^9 tum quia maior est particularis cum hoc ipsum cui supponat pro. c. tum quia minor est negatiua & in utroq3 illorum peccatur contra sillogismũ prime figure. ¶ Etiã queritur in quo modo fiat & nõ est assignare ut videtur sed aliquis dicit q sillogismus fit in tertia figura propter quosdam q dicet Ar. in fine huius capituli sed h nihil est. si enim esset contigeret conclusionem conuertere sicut maiorem quia contradicit hic Ar. dicens q sillogiçatur ex conclusione & vna premissarum ad h in tertia figura non sillogiçatur vniuersalis sed per illum sillogismum sillogiçatur vniuersalis. Et dicendum q sillogismus ille fit in prima figura non tamen in aliquo modo quia non insunt per virtutẽ q est dici de omni & de nullo: sed per virtutem maioris propositionis in qua implicatur talis causa ut vno remoto ab alio eidem insit reliquum. & habet illa maior quasi virtutem conditionalis. vnde totus sillogismus ypo^co est inferẽs a positione antecedentis. Patet igitur solutio ad omnia obiecta fit enim sillogismus per primam figuram sed non per aliquem modum eius quia sillogismus ypothe^co non est nec procedit per dici de omni aut de nullo. maior etiam nõ est particularis respectu conclusionis sed magis inequalis eo q ipsum cui pro. c. supponit q quid. c. in conclusione subicit nec est etiã inconueniens inferre per sillogismũ ypotheticũ a põne antecedentis ex minori negatiua: quia negatio non cadit super totũ mediũ. immo quasi ex^9 parte nec etiam est inconueniens sic inferre affirmatiuam ex negatiua. ¶ Ulterius forte queritur de particularib^9 & primo queritur quare in quarto modo non sillogiçatur maior nec conuersa maioris nec conuersa minoris aut conclusionis. nam nullum istorum ostendere docet. Et dicendum q maior non sillogiçatur propter causam quam ponit in littera. propter enim similem causam nõ sillogiçatur sua conuersa quia ex cõclusione que est particularis ꝯuersa minoris que particularis est nihil sillogiçatur conuersa etiam minoris aut conclusionis non sillogiçatur eo q accipitur maior particularis in prima figura. s. aut conuersa mi. aut conclusionis quarũ utraq3 particularis est. sillogismus autem est quomodo circa modũ particularem negatiuum. Ex hys ergo patet q non est completa circulatio in hys modis sicut in vniuersalibus nec etiam in modo negatiuo vniuersali adeo completa sicut in affirmatiuo modo. In modo enĩ affirmatiuo duo sunt circuli. in negatiuo vo vnus est circulus tñ in particularibus a minore circulus. ¶ Consequenter dubitabit aliquis de modo particulari negatiuo. videt enĩ non facere sillogismũ quia ex particularibus sillogiçat sic cui alicui non inest. a. illi alicui inest. b. c. alicui nõ inest. b. c. alicui non inest. a. ergo. c. alicui i est. b. adhuc cõuersa maiore quam sumit videtur falsa quia si dicam sic nullus homo est asinus & deinde conuertatur sic cui alicui non inest asinus illi alicui inest homo erit propositio falsa quia ligno alicui non inest asinus nec tamen ligno alicui inest homo. Dicendum q sillogismus cathe^co est qui procedit per virtutem eius q est dici de omni & de nullo. sed in dicto sillogismo maior propositio ypo^ca est virtualiter. vnde in maiori impli^ta est tota virtus inferendi & insunt aperte antecedentis & sic patet primum. ¶ Si autem queratur quare aliter hic transumpta est ma. in affirmatiuam q̃ in sillogismis vniuersalibus quia ibi transumpta est in terminis sumptis vniuersaliter. hic autem in terminos sumptos particulariter. Dicendum q sillogismus talis ypo^co est inferens sm dispositionẽ preassignatam in maiori. vnde quia in vniuersalibus inferenda vniuersalis conclusio & in particularibus particularis debet in vniuersalibus transponi vniuersaliter. in particularibus debet sumi in terminis non vniuersaliter. ¶ Ad tertium dicendũ q in affirmatiua transposita est cõuersa ma. h ipsum cui supponit pro. c. quia ex necessitate sillogismi circularis est q nullus terminus extra sumitur. si enim sumeretur nõ esset circularis ostẽsio sicut dicitur in littera & ita illa propositio est intelligẽda sub hoc sensu cui alicui sicut. c. nõ i est. a. illi alicui i est. b sed. c. alicui nõ i est. a. g̃. c. alicui i est. b. ¶ Querit ultimo quomõ iste sillogismus qui fit iuxta p^m modũ: & ille qui fit iuxta quintũ modũ possit reduci in sillogismum simplicẽ & cathegoricũ. Et dicit q ille modus qui fit iuxta modum reducitur sic. Omne. c. non ens. a. est. b. omne. c. est. c. nõ ens. a. ergo omne. c. est. b. qui fit iuxta ultimũ modum sic. Omne. c. non ens. a. est. b. quoddam. c. nõ ens. a. est. c. ergo quoddam. c. est. b. quia cum conclusio affirmatiua sit oportet tam conuersam maioris q̃ cõclusionem transponere in affirmatiuam quia utraq3 est affirmatiua & oportet maiorem simul esse vniuersalem propter formam prime figure.

In secunda autem figura affirmatiuã quidẽ non est ostendere hoc modo: priuatiuam autem est: ergo predicatiua quidẽ nõ ostendit: eo q non utreq3 ppõnes sint affirmatiue: naz cõclusio priuatiua est: pdicatiua aũt ex utrisq3 oñdebatur affirmatiuis: priuatiua vo sic oñditur. Insit enim. a. omni. b. nulli aũt. c. cõclusio: qm̃. b. nulli. c. Si ergo sumatur. b. omni. a. inesse: & nulli. c. necesse est. a. nulli. c. inesse: fit enĩ secũda figura & mediũ. b. si autem. a. b. priuatiua sit: altera vo pre-

dicare prima erit figura: nam .c. quidem omni .a. b. autem nulli .c. quare .b. nulli .a. ergo neq3 .a. b. ergo per conclusionem et vnā ꝓpositionē nō fit sillogismus: assumpta aūt altera erit.

¶ Hic docet quomō fit circularis sill's in scd'a figura. et ꝑ° ponit duas ꝯōnes hic osn'sas. s. ꝙ affirmatiua ꝓpō nō sillogiçat in scd'a figura circulariter et ꝙ negatiua sillari pōt et hec est. ꝉ In scd'a aūt. ꝇ scd'o eas ondit et ꝑmo primaz dicens ꝙ in ostensione circulari debet accipi ꝯ° p̄ro premissa sed ꝯ° h̄ similr negatiua: sed affirmatiua ꝓpō sillogiçari nō pōt nisi ex duab' affirmatiuis et ideo nō pōt hic circulo ondi affirmatiua ꝓpō et h̄ est. ꝉ ꝗ ꝑdicatiua et c. ꝇ scd'o ondit secūdam et h̄ ꝑmo in ulibus sillis. scd'o in pticularibus cū dicit. ꝉ si aūt nō ules. ꝇ In ulibus ꝑmo docet sillogiçare ꝓpōnem negatiuā in scd'o scd'e ex ꝯōne et conuersa maioris ut si fit sill's ꝑncipalis omne .c. est .a. nullū .c. est .a. ergo nullū .c. est .b. minor assumpta ꝯōne cuz cōuersa maioris sic oē .a. est .b. nullū .c. est .b. ergo nullū .c. est .a. et fit sill's in eodem mō et h̄ est. ꝉ priuatiua sic ostendif. ꝇ scd'o docet sillare negatiuā primi modi ut si fit sill's pncipalis nullū .b. est .a. omne .c. est .a. ergo nullū .c. est .b. ex cōuersa minoris et ꝯōne sillatur per ꝑmā figurā cōuersa maioris sic nulluz .c. est .b. omne .a. est .c. ergo nullum .a. est .b. ex hac sequitur ma. per conuersionem: sed non contingit sillogismus ad maiorem: et ideo concludit ꝙ non fit hic circulus tm̄ ex conlusione et cōuersa minoris sed ex hys conuersa maio. et hec est. ꝉ Si autem a. b. ꝇ

¶ Si autez non vniuersalis fit sillogismus que in toto quidē est propositio nō ostenditur propter eandē causam quā prius diximus. Que aūt in parte ostenditur: quādo vniuersalis est predicatiua. insit enim a. omni .b. c. aūt non omni: cōclō .b. c. si ergo sumatur .b. omni .a. c. aūt non omni .a. alicui .c. nō inesse: mediuz .b. Si aūt est vniuersalis et priuatiua non ostenditur .a. c. ꝓpositio ꝯuersa .a. b. accidit enim aut utraq3: aut alterā propositionē fieri negatiuā. Quare non erit sillogismus sed similiter ostendetur queadmodū in vniuersalib': si sumatur cui .b. alicui non inest hec alicui .a. inesse.

¶ Cōñter docet quō fit in sillis pticularib' et ꝑ° in 4° mō dicēs ꝙ ulis nō sill'af circulo sicut nec ulis in pticularib' ꝑme figure sed pticularis sillatur ut si fit ꝑncipalis sill's. oē .b. est .a. aliqd .c. non est .a. ergo aliqd .c. nō est .b. ex ꝯōne tm̄ ꝯuersa maioris sill'af mior in eodē mō sic. Oē .a. est .b. aliqd .c. non est .b. ergo aliqd .c. nō est .a. et h̄ est. ꝉ si autē nō ulis. ꝇ scd'o docet quō ondit in 3° mō dicēs ꝙ non sillogiçaf minor circulariter ex ꝯuersa maioris et ꝯōne. ibi enim accipif aut utraq3 ꝓpō aut altera negatiua tam ꝯ° ꝗ ꝯuersa maioris negatiua est cum m̄ minor que cōcludēda est sit affirmatiua et addit ꝙ ꝯtingit minorem sillare sicut determinatū est in ꝑme figure si transponaf ma. in affirmatiuā sicut cui alicui nō inest .b. illi alicui nō inest .a. c. alicui nō inest .b. ergo .c. alicui inest .a. et h̄ est. ꝉ si aūt ē ulis. ꝇ ¶ Dubitaret forte aliqs h̄ de h̄ ꝙ ꝑmo dicit hic affirmatiuā ꝓpōnez nō posse sillari circulo. et in fine partis docet sillare affirmatiuā tertij modi. sic enī videtur dicere repugnātia. adhuc vr̄ causā quā assignat falsā esse. dicit enī Arist. ꝙ nō sillatur hic affirmatiua q2 ꝯ°ne gatiua est quare opz accipe ꝑmissam ad sillogiçandū affirmatiuā h̄ nō sillatur nisi ex utraq3 affirmatiua. sed cōtra eadem rōne nō sill'atur affirmatiua in modis negatiuis ꝑme figure qd est māifeste falsuz. Adhuc videf falsum eē ꝙ dicit q2 in ꝑmo mō sill'atur ulis affirmatiua ex maiori negatiua transposita in affirmatiuā et ꝯōnē. Cui nulli inest .b. illi oī inest .a. c. nulli inest .b. ergo .c. oī inest .a. sic in scd'o mō sill'atur affirmatiua ex cōuersa ꝯōnis et miore trāsposita sic Cui nulli inest .c. illi oī inest .a. b. nulli inest .c. ergo .b. nulli inest .c. a. et ita videf ꝙ sill'af affirmatiua sicut negatiua ꝑm circulū. ¶ Et dicēdum ad ꝑmum ꝙ nō dicit repugnātia q2 nō fit circularis ostensio nisi ubi accipif ꝯ° ꝯuersa vnius ꝑmissarū sicut patet per diffinitionē eius datā prius. sic aūt nō sillatur affirmatiua ꝑm circulū et h̄ dicit in ꝑncipio huius ptis. si enim assumeref ꝯuersa ꝑmisse negatiue trāsposita in affirmatiuā cum ꝯōne ad sillanduz ꝓpōnem affirmatiuā illa esset penitus impertinēs ad hoc faciēduz sicut patet ꝯsideranti. In tertio aūt modo sillatur affirmatiua nō ex ꝯōne et cōuersa maioris transposita in affirmatiuā sed ex ipsa maioris sit transposita. sed sic sillare nō est circulo ostendere sicut patet per diffinitionē circularis ostensionis. Per hoc etiam patet ꝛ° ad ultimuz q2 h̄ sillatur affirmatiua sillorum ulium nō tn̄ per circuluz eo ꝙ non sumif ibi ꝯ° cū cōuersa vnius ꝑmissarū ad sillanduz eam q2 sic sumeretur illa ꝯuersa transposita in affirmatiuā et nō esset ad ꝓpositum sumaf ꝓpositio transposita cum ꝯōne uel ꝯuersa ꝯōnis. ¶ Ad tertium dr̄ ꝙ aliud est de negatiuis prime figure et de negatiuis scd'e. In ꝑma enī figura ex cōclusione et ꝯuersa ꝑmisse sillef reliqua ꝑmissa sed in secūda non sunt ad ꝓpositum ꝯ° et cōuersa negatiue et hoc respicit Arist. quādo dicit ꝙ ex ꝯōne negatiua non sillogiçatur affirmatiua. hec igitur causa quia hic non sillogiçatur affirmatiua est quia non fit circularis ostensio nisi cum conclusione et altera propositione conuersa: sed ex conclusione et conuersa alterius non fit hic sillogismus ad propositū. similis solutio est et opposito circa causam illam quam assignat in tertio modo quare non sillogiçatur pticularis affirmatiua. ¶ Consequēter forte quereref quare negatiua propositio secundi modi sillogiçatur circulariter per figurā eandem et nō sic negatiua primi modi sed per figuram primam. Et sciendū ꝙ h̄ est quia ex conclusione et conuersa maiori secunde figure similr disponitur secunda sicut patet intuenti. ex conuersa autem secunde similiter figura prima disponitur: quia igitur in secundo modo ostenditur negatiua propositio ex cōclusione et conuersa maio. ubi fit ita circulus per secundam figuram: et quia in primo modo ostenditur negatiua ex conclusione et conuersa minoris ideo fit ibi circulatio p primam figuraz. ¶ De tertio autē modo opponi posset de transpositione negatiue in affirmatiuam sicut opponitur de quarto prime et eodem modo soluitur et pertrāseundum est.

In tertia autem figura. Quando utraq3 quidem propositiones vniuersaliter sumuntur non cōtingit ostendere per adinuicem: nam vniuersalis quidez ostenditur per vniuersalia: que autem in hac conclusio est semper est particularis. Quare manifestum quoniā omnino non contingit ostendere per hanc figurā vniuersalem propositionē. Si autez hec qdē vniuersalis sit: illa autez particularis: qñq3 quidem erit quādo aūt non erit:

qñ utreqꝫ affirmatiue sumunt̃: ⁊ vlẽ sit ad minorẽ extremitatẽ erit: qñ aũt ad alteraꝫ nõ erit. Insit enim. a. oĩ. c. b. aũt alicui conclusio aũt. a. b. Si ergo sumat̃. c. oĩ. a. incẽ. aũt alicui. a. c. qdem ostẽsa est alicui. b. inẽ. b. aũt alicui. c. nõ est ostẽsa ꝗuis si necesse est. si. c. alicui. b. ⁊. b. alicui. c. incẽ: sed nõ idẽ est hoc huic: ⁊ illud illi incẽ: sed assumedũ si hoc alicui illi: ⁊ alterũ alicui huic: hoc aũt sumpto nõ iã fit ex ꝯdone: ⁊ altera ꝓpõne sillis. Si aũt. b. oĩ. c. a. autẽ alicui. c. erit ostẽdere. a. c. qñ sumit̃. c. qdeꝫ omni. b. inesse. a. a. aũt. b. nã si. c. oĩ. b. a. aũt alicui. b. necesse est. a. alicui. c. incẽ: medium. b.

Hic docet quomõ fit circularis sill's in tertia figura. ⁊ ꝑmo ostẽdit ꝙ in ulibus sill's huius figure nõ ostẽdit̃ aliqua ꝓpõn circulariter eo ꝙ ꝓpões ul'es nõ sunt ⁊ vniersal's nõ cõcludit̃ nisi ex ulibus. 2° aũt que assumenda est pro ꝑmissa est pticularis ⁊ h̃ est. Jn tertia autẽ figura. 1° ostẽdit quõ fit in pticularib° sic ꝓcedẽs. ꝑ° dicit ꝙ altera ꝓpõ est ul'is ⁊ altera pticularis. qñqꝫ enim ostẽdit̃ ꝑm circulũ ꝓpõ pticularis qñqꝫ nõ. qñ enim mi. est ul'is ostẽdit̃. qñ aũt ma. est ul'is nõ ostẽdit̃ ⁊ hoc dicit ꝙ nõ fit ibi circulus completus in se ad ostẽdedum particularẽ ꝓpõnem nisi aliquo mõ trãsumpto sicut patebit statim ⁊ hec est. Si aũt h̃ quidẽ ⁊c. Scdo hoc manifestat ⁊ ꝑmo ostẽdit ꝙ nõ fit cõpletus circulus ad ostendendũ pticularẽ ꝓpõnem iuxta quartũ modũ. fit enim pncipalis sillus. Omne. c. est. a. aliqd. c. est. b. ergo aliqd. b. est. a. ex ꝯpõne ⁊ cõuersa ma. sill'at̃ per ꝑmam figuram cõuersa mi. sed nõ minor sic. Omne. a. est. c. aliqd. b. est. a. ergo aliqd. b. est. c. ex hac aũt per cõuersionẽ minoris seqtur aliqd. c. est. b. sed sill's sic factus nõ attingit ad hoc ideo nõ est cõpletus circulus per sill'm ⁊ h̃ est. Insit enim. a. omni. Scdo manifestat ꝙ circulo ostẽdi põt ꝓpositio particularis in tertio mõ ubi minor est pticularis. aliqd. c. est. a. omne. c. est. b. ergo. b. est. a. ex cõuersa minoris ⁊ ꝯpõne sill'at̃ ma. in quarto mõ sic. Aliqd. b. est. a. omnẽ. b. est. c. ergo aliqd. c. est. a. ⁊ h̃ est. Si aũt a. b oĩ. c.

Et cũ sũt hec qdẽ ꝑdicatiua illa vero priuatiuis aũt ꝑdicatiua ostẽdet̃ altera. Insit enĩ. b. omni. c. a. aũt alicui nõ insit: ꝯclusio qñ. a. alicui. b. nõ inest. Si ergo sumat̃. c. oĩ. b. inẽ: ierat aũt ⁊. a. nõ omni. b. necesse est. a. alicui. c. nõ icẽ medũ. b. Cũ autẽ ꝑuatiua fit ul'is non ostẽdit̃ altera nisi sint in eoribus. Si sumat̃ cui hoc alicui nõ inest: alterũ alicui inest: ut si. a. qdẽ nulli. c. b. aũt alicui ꝯclusio quoniam. a. alicui. b. nõ iest. Si g̃ sumat̃ cui alicui. a. non inest. c. alicui inesse necesse est. c. alicui. b. inesse alicui autem non est conuertẽtem vniuersalem ꝓpositionem ostẽdere alteram: nullo enim modo erit sillogismus.

Cõsiter ostẽdit quomõ circulo ostẽdit̃ pticularis in modis negatiuis ⁊ ꝑmo in qnto mõ fit sic ꝑncipalis sill's aliqd. c. nõ est. a. omne. c. est. b. ergo aliqd. b. nõ ẽ. a. ex ꝯpõne ⁊ cõuersa mi. sillogizat̃ ma. in eodem. sic aliqd. b. nõ est. a. omne. b. est. c. ergo aliqd. c. nõ est. a. ⁊ h̃ est. ⁊ cuꝫ sunt hec quidem. 2° dicit ꝙ in eodẽ modo particularis sillogizari non põt nisi ꝓus fiat trãspõ negatiue in affirmatiuã. sic enim fit sill's pncipalis. Nulluꝫ. c. est. a. aliqd. c. est. b. ergo aliqd. b. non est. a. ex conuersa minoris trãsposita in affirmatiuã ⁊ ꝯpõne sillogizat̃ ꝯuersa minoris sed non attigit sill's ad minorem sic. Cui alicui nõ inest. a. illi alicui inest. c. sed. b. alicui nõ inest. a. ergo. b. alicui non inest. c. Ex qua sequit̃ per cõuersionẽ aliqd. b. c. esse. b. qd erat minor ⁊ ita nõ est sill's cõpletus circularis ⁊ h̃ est. Cum autẽ ꝑuatiua ul'is. Dubitabit̃ hic forte de eo qd dicit in ulibus modis non posse ostendi circulariter. hoc enim videt̃ falsum tum qr ex ꝯuertibilibus cõtingit sill'are ꝯõnem ul'em in tertia figura. tuꝫ qr ꝓpter ꝯuertibilitatem terminoꝝ põt 2° que est particularis trãsponi in ul'em ex qua ⁊ ꝯuersa cum altera ꝑmissarum seqtur reliqua ꝑmissarũ ⁊ dicit ꝙ particularis nõ põt nec debet ꝯuerti in ul'em: cuius oppositum videt̃ eadem rõne qua cõuertit̃ ul'is affirmatiua in terminis simpliciter ꝓpter terminoꝝ cõuertibilitatem põt pticularis ꝯuerti in ul'em. Dicẽdũ adhuc ꝙ lꝫ termini ul'is ꝓpõnis ꝯuertibiles sint nõ tñ pticulares ⁊ ideo poterit uti tali trãspõne pticularis in ul'em. Põt dici forte melius ꝙ sill's circularis formam sill'i nõ seruat. vñ cum de forma sill'i sit ꝙ ul'is non ꝯcludit̃ nisi ex ulibus. ⁊ de forma sill'i tertie figure sit ꝙ possit in ꝯõnem pticularẽ nõ debet sill's circularis alteram ꝯcludere ul'em ex altera pticulari nec in tertia figura ul'em. nihil enim supponi debet in sill'o circulari oppositũ forme sillogistice: supponi tñ põt aliquid qd est extra formã sill'i. ⁊ talis est ꝯuersio simplex ul'is affirmatiue ⁊ ita ꝗuis termini cõuertant̃ non tñ debet cõcludere ul'eꝫ in tertia figura. Sed tũc dicet ꝙ põt supponere ꝯuersionẽ pticularis in affirmatiuã sicut supponit ꝯuersionẽ simpl'r. Dicẽdũ ꝙ ad hoc ꝙ fiat suppõ alicui° ꝯuersionis opꝫ ꝙ tñ dicat̃ per ꝑmã ꝗꝫ per tertiã. ul'am plius. h aũt in omni ꝯuersione seruãdũ ut tm ponat̃ per ꝯuertibilitatẽ ꝗꝫ per ꝯuersam. uel amplius sic aũt est in ul'i affirmatiua ꝯuersa simpl'r tãtũ enim põt ꝯuertẽs quãtũ põt cõuersa. sed sic non ẽẽt si trãsponeret̃ pticularis in ul'em. plus enim ponit̃ per ul'em ꝗꝫ per pticularẽ ⁊ ideo ꝗuis utraqꝫ istarũ trãsponat̃ extra formã sill'i sicut alterã licet supponere. s. trãspõneꝫ ul'is in ul'em affirmatiuã per cõuersionẽ. alterã aũt nõ licet supponere. s. trãspõnẽ pticularis in ul'em. Sed opponit̃ ꝙ rõne hac nõ debeat ab Ari. supponere illã trãspõneꝫ que est negatiue in affirmatiuã qr plus ponit̃ per tertiã ꝗꝫ per ꝑmã. Et dicẽdum ꝙ nõ plus ponit̃ per scdam ꝗꝫ per ꝑmã. lꝫ enim uere de se simpl'r ꝯstãtiã terminoꝝ nõ requirat ꝓut est in sill'o circulari requirit quãdã ꝯstãtiã terminoꝝ. cõicat eniꝫ cũ affirmatiua ꝓpõne cuius termini h̃nt ꝯstãtiã in altero termino. vñ idẽ debet̃ per istũ Nullũ. a. est. b. ⁊ p istã Cui nulli iest. a. oĩ. b. ꝑm ꝙ in circulo accipit̃. Alio autẽ mõ dicit̃ per vnã ⁊ per aliã. De alijs autẽ posset opponi sed satis patet per ea que dicta sunt circa ꝑmã figuraꝫ ⁊ per eo que dicta sunt in expõne textus.

m

Manifestum igitur quoniam in ꝑma quidem figura per se inuicem ostẽsio ⁊ per tertiam ⁊ per primam fit figuram. nam cum predicatiua quideꝫ est conclusio per primam: cum autem priuatiua per tertiam: sumit̃ enim cum hoc nulli alteruꝫ omni inesse. In media autem figura cum vniuersalis est sillogismus: ⁊ ꝑ ipsam figuram ⁊ per primam: cum auteꝫ particularis ⁊ per ipsam ⁊ postremaꝫ. In

tertia vo per ipsam omnes. Manifestum τ quoniam τ in tertia τ in media qui non per ipsos ostenduntur sillogismi: aut non sunt ꝯm eam que circuli est ostensionem: aut imperfecti.

¶ Postq̄ determinauit quomodo fit ostensio circularis per omnes figuras. hic concludit quedam correlaria ex determinatis manifesta τ diuiditur in duas. In prima concludit quoddam singulatim figuras respi'. in secūdo cum dicit. [manifestum τ quoniam.] concludit quoddam pertinens simul ad secundam τ tertiaȝ figuram. in prima sic procedit. primo concludit quoddam pertinēs ad figuram primam dicens. q̄ ꝯ° circularis in prima figura aut fit per primam figuram aut per tertiā. In modis autem affirmatiuis fit per primam figuram. Iteȝ in modis negatiuis ad concludendum propositionem negatiuam fit per primam. ad concludendum autem affirmatiuam propositionem in modis negatiuis fit circularis sillogismus per tertiam figuram: τ h est. [Manifestum est igitur.] secundo concludit q̄ pertinens ad secundam figuram dicens q̄ in modis vniuersalibus secunde figure: aliquando fit per primam: aliquando per secundam: aliquando per tertiam qđ sic intelligendum est. per primam figuram fit ostensio ad concludenduȝ propositionem negatiuam in primo modo. per secūdam ad concludendum negatiuam propositionem iuxta secundum modum. per tertiam ad concludendum affirmatiuam propositionem iuxta utrūq̄ȝ modum. In modis autem secunde figure particularibus fit per secundam aut per tertiam figuram. per secūdam ad concludendū particularem propositionem quarti modi. per tertiaȝ ad cōcludendum particularem propositionem tertij modi: τ h est. [In media autem figura.] Consequenter autem concludit quoddam ptinens ad tertiā figuram. s. q̄ quādo fit circulatio in secūda τ in tertia figura τ non per figuram eandem aut non erit tunc ostensio circularis: aut si sic illa erit imperfecta illa circulatio τ h est. [Manifestuȝ τc.] ¶ Dubitabit de hoc qđ dicit sillogismū circularem in secūda primo ad concludendum vniuersalem propositionem esse per tertiam figuram. hoc enim videtur falsum eo q̄ ibi concludit vniuersalis que non potest concludi in tertia figura. Dicendum q̄ non ostēdit Ari. cum conclusio illa cōcludit τ in tertia figura sed q̄ ostensio eius ꝯōnis fit per virtutem tertie ostendit eniȝ quasi ꝓpo^ce per virtutem dispositionis implicite in maiori propositione in qua quidem fit dispositio tertie figure: q2 cū dicit Cui nulli inest. a. illi omni inest. b. significat in hac ꝓpositione dispositio tertie figure τ virtute illius dispositionis fit ostensio quasi a positione antecedētis τ h est q̄ hic subiūgit in littera pro causa dicti sumit h [cui nulli alterum omni inesse.] Similis autem est oppositio de omnibus prehabitis dispositionib^9 ubi fit trāslatiōe negatiue i affirmatiuā. ¶ Sed dubitat de eo qđ ibi dicit oēs circulationes factas in tertia figura fieri per eādem figuram. hoc enim apparet factum per quartuȝ moduȝ ubi concludit propositio circulariter per ꝑmam figuram. Et dicendum q̄ ille sillogismus simpliciter circularis non est sed incomplete concludit enim conuersam propositionis quam concludere debet. Intētio autem Ari. est q̄ ostensiones circulares complete etiāȝ fiunt in tertia per eandem figuram: talem ostēsionem uocat circularem. ¶ Deinde forte dubitabit que sunt ostēsiones in secunda τ in tertia figura non concludentes in figura ꝓpria que circulares non sunt: τ que sunt ille que circulares sunt sed incomplete. Et dicēdum q̄ ille que non fiunt ꝯm dispositionem ostensiuā circularis ex ꝯōne τ conuersa vnius premissarum non sunt circulares.

q2 non contingit eis dist^9 circularis. hi^9 enim sunt omnes ostensiones secūde figure concludentes propositiones affirmatiuas ut breuiter patet ex ꝓdictis τ sunt omnes per tertiam figuram ꝯm q̄ nuper dictum est. ille autem ostensiones que ex ꝯōne τ conuersa vnius premissaruȝ possunt solū in cōuersam propositionis ostendere τ non in ipsam propositionem ostēdendam nisi per cōuersionem circulares sunt aliquo modo sed incomplete q2 non de se attingunt in redeundo ad idem a quo fiebat exitus. hi^9 autem ostensiones facte in quarto modo τ sexto tertie τ in primo secūde ad concludendum negatiuam τ sic patet intentio per ultimum conclusum.

c Onuertere autem est transponentem conclusionem facere sillogismum: quoniam uel primū in medio non inerit: uel hoc postremo: necesse eniȝ conclusione conuersa τ altera manēte ꝑpositione interimi reliquam: nam si erit τ conclusio erit: differt autem opposite aut contrarie conuertere conclusionem: non enim fit idē sillogismus utroq̄ȝ modo cōuersa. palam autem hoc erit per cōsequētia. Dico autem opponi ꝯtrarie omni nulli: alicui τ non alicui inesse. τ opposite quidem omni inesse non omni inesse: τ alicui τ nulli.

¶ Postq̄ determinauit potestatem sillogismi quantum ad ꝯōnem in seipsa. hic intendit de eius potestate quantum ad oppositum ꝯōnis τ diuidit in duas. in prima determinat de potestate eius quantum ad oppositum ꝯōnis sillo^ce. secūdo cuȝ dicit. [Per impossibile autem sillogismus.] de potestate eius quantum ad oppositū ꝯōnis nō sillo^ce. In prima parte determinat de sillogismo conuersiuo in quo supponēdo sillogismum perfectū ex opposito ꝯōnis τ vna premissarum interimitur sillogiçatur τ diuidit in duas. in ꝑma manifestat quid sit conuersiue sillogiçare ex quo patet diffinitio sillogismi conuersiui. in secūda cum dicit. [Sit enim ostēsum.] determinat quomodo fit sills conuersiuus. In ꝑma sic ꝓcedit. ꝑmo describit ꝯūsiue sillare dicēs q̄ h est ex opposito ꝯōnis τ altera ꝑmissarum reliquā interimere τ h est. [Cōuertere aūt.] 2° descriptioneȝ declarat τ ꝑ° q̄si uerificat eam dicens q̄ ex opposito ꝯōnis cum altera ꝑmissaruȝ seqtur oppositum alterius premisse: q2 ex vna premissa ordinata cum alia sequit ꝯ° τ est virtus huius maxime ab illa maxima destructo cōseq̄ute destruit antecedēs τ hec est. [Non enim.] Secūdo ne putet q̄ similr eodem modo accipiēdum sit oppositum ꝯōnis dicit q̄ nō multū enim differunt accipere cōtrarium eius τ contradictoriam accipere: non enim ubiq̄ȝ fit sillogismus interimēdum premissas quoctiq̄ȝ accipiēdo opposito q̄ manifestabit in sequētibus τ gratia huius oppositiones distinguit dicens oppositas esse affirmatiuam τ negatiuā τ vniuersalem τ particularem τ sunt oppositum per contradictionem in qua ꝑmo τ maxime inuenit opposito Cōtrarias autem dicit vniuersalem affirmatiuam τ negatiuam uel particularem affirmatiuam uel particularē affirmationem τ negationem vnde extēdit h nomen cōtrarietatis ad uere contraria τ subcōtraria τ h est. [Differunt autem oppositum.]

¶ Sit enim ostensum. a. de. c. per medium b. Si igitur. a. sumatur nulli. c. inesse omni autem. b. nulli. c. inerit. b. Et si. a. quidem

nulli.c.b.autem omni.c.a.non omni.b.ꝛ non omnino nulli:non enim ostendebatur vniuersale per postremam. Omnino autem eam que est ad maiorem extremitatem propositionē non est destruere vniuersale per conuersionem. Semper eniꝫ interimit per tertiam figuram:necesse est enim ad postremam extremitatem vtrasqꝫ sumere propositiones/ꝛ si priuatiuus sit sillogismus similiter. Si enim ostensuꝫ sit.a.nulli.c.inesse per.b.medium:ergo si sumatur.a.omni.c.inesse nulli autē.b.nulli.c.inerit.b.ꝛ si.a.ꝛ.b.omni.c.a.alicui.b.ꝫ nulli inerat.

¶ Consequēter determinat quomodo fiat sillogismus cōuersiuus ꝛ diuidit in duas. In pͥma ostendit inueniri per omnes figuras. In secūda cum dicit.⌊ Manifestum ergo ex hys.⌋ quedaꝫ correlaria ex predictis manifesta cōcludit. pͥma in tres ſm tres figuras. In pͥma earum docet sillogiçare in prima figura ꝛ in modis vniuersalibꝰ secūdo in particularibus cum dicit.⌊ In particularibus autem sillogismis.⌋ Adhuc vniuersalibus primo supponendo contrariam ꝯōnis.secūdo contradictoriam cum dicit.⌊ Si autem opposite.⌋ Adhuc supponendo cōtrariam pͥmo docet sillogiçare conuersiue iuxta primū modum.secūdo iuxta secūdum. Juxta pͥmum sic fit sillogismus principalis factus.omne.b.est.a.ꝛ omne.c.est.b.ergo omne.c.est.a.accepta ergo contraria ꝯōnis cum maiore sillogiçaꝛ per secūdam figuram contraria minoris sic. Omne.b.est.a.nullum.c.est.a.ergo nullum.c.est.b. Jterum accepta contraria ꝯōnis cum minore potest sillogiçari per tertiam.contraria maioris sic.nullum.c.est.a.omne.b.est.c.ergo aliqͦd.b.non est.a.ꝛ ħ est.⌊ Sit enī ostēsum.⌋ Juxta secūdum modum sillogiçaꝛ cōuersiue vt si perfecto illo sillogismo nulluꝫ.b.est.a.omne.c.est.b ergo nullum.c.est.a.accipiaꝛ contraria conuersi cuꝫ maiore ad sillogiçandum cōtraria minoris per secūdam figuram sic nullum.b.est.a.omne.c.est.a.ergo nullum.c.est.b.uel accipiaꝛ eadem cum minore ad sillogiçanduꝫ per tertiam figuram contradictoriam maioris sic.omne.c.est.a.omne.c.est.b.ergo aliqͦd.b.est.a.ꝛ hec est.⌊ Et si in priuatiuis.⌋ Nota igiꝛ ꝙ non interimiꝛ ħ maior ꝓpositio nisi per contradictoriam suam de quo solet queri causa sed frustra.qꝛ Aꝛ.exprimit tamen in littera ma.enim vniuersalis est ꝛ interimiꝛ silr per tertiam figuraꝫ in qua nunꝙ̄ concludiꝛ nisi particularis ꝛ ideo nō concludiꝛ in ꝯuersiuo cōtraria maioris sed contradictoria.

¶ Si autem opposite conuertatur conclusio sillogismi oppositi ꝛ non vniuersales erunt:fit enim altera propositio particularis:quare ꝛ cōclusio erit particularis. Sit enim predicatiuus sillogismus:ꝛ conuertatur sic:ergo si.a.non omni.c.b.autē omni.b.non omni.c.ꝛ si.a.quidem non omni.c.b.autem omni.c.a.non omni.b. Similiter autē ꝛ si priuatiuus sit sillogismus nam si.a.alicui.c.inest.b.autem nulli.b.alicui.c.non inerit non simpliciter nulli ꝛ si a.quidem alicui.c.b.autem omni.quemadmodum in principio sumptuꝫ est.a.alicui.b.inerit.

¶ Consequenter docet conuersiue sillare supponēdo cōtradictoriam conclusionis in modis vniuersalibus.ꝛ pͥmo in primo modo.secūdo in secūdo. In primo sic accepta contradictione cum maiore sillogiçaꝛ cōtradictoria minoris per secūdam figuram sic.omne.b.est.a.aliqͦd.c non est.a.ergo aliqͦd.c.non est.b. Adhuc eadeꝫ accepta cum minore sillogiçaꝛ contradictoria maioris per tertiam figuram sic.aliquod.c.non est.a.omne.c.est.b.ergo aliquod.b.non est.a.ꝛ ħ est.⌊ Si autem opposite cōuertanꝛ.⌋ Deinde docet idem in secūdo mō accepta enim contradictoria ꝯōnis cum maiore sillogiçaꝛ cōtradictoria minoris per secūdam figuram sic. Nulluꝫ.b.est.a.aliquod.c.est.a.ergo aliqͦd.c.non est.b. Adhuc eadem accepta cum minore sillogiçaꝛ cōtradictio maioris per tertiam figuram sic quoddā.c.est.a.omne.c.est.b.ergo ꝙ omne.b.non est.a.ꝛ ħ est.⌊ Similiter autem ꝛ priuatiuus.⌋ Nota igiꝛ ꝙ in sillogismis vniuersalibus cōuersiuis neutra premissarum interimiꝛ nisi per contradictoriam suam si accipitur conclusionis ꝯtradictoria de quo solet queri causa sed frustra qꝛ assignaꝛ eam Aꝛ.in littera.qꝛ enim vtraqꝫ premissarum vniuersalis contradictoria ꝯōnis est particularis ꝛ vniuersalis non sequitur nisi ex vniuersalibus ideo ex cōtradictione ꝯōnis que particularis non sillogiçaꝛ contraria alicuius premisse que est vl̄is sed solum contradictoria que est particularis.

¶ In particularibus autē sillogismis quādo opposite conuertitur conclusio:interimuntur vtreqꝫ propositiones:quādo vō ꝯtrarie neutra:non enim iam accidit quēadmodum in vniuersalibus sillogismis interimere deficiente conclusione ſm cōuersionem:sed nec omnino interimere. Sit enim ostensum.a.de aliquo.c.ergo si sumatur.a.nulli.c.inesse.b.autem alicui.a alicui.b.non inerit. Et si.a.nulli.c.b.auteꝫ omni nulli.c.inerit.b. Quare interimuntur vtreqꝫ. Si autem contrarie conuertitur neutra. Nam si.a.alicui.c.non inest.b autem omni.b.alicui.c.non inerit.sed nōdum interimitur quod ex principio:cōtingit enim alicui inesse ꝛ alicui nō inesse.vniuersaliter autem.a.b.omnino nō fit sillogismus. Si enim.a.quidem alicui.c.non inest.b.autem alicui inest neutra propositionum vniuersalis. Similiter autem ꝛ si priuatiuus sit sillogismus. Si enim sumatur.a.omni.c.inesse interimuntur vtreqꝫ. Si autem alicui neutra:demonstratio autem eadem.

¶ Hic docet sillogiçare conuersiue iuxta particulares sillogismos prime figure ꝛ procedit sic.primo ponit duas conclusiones quasi regulas.quarum prima est ꝙ in particularibus sillogismis accepta cōtradictoria ꝯōnis interimitur vtraqꝫ premissarum.secūda est accepta cōtraria eius neutra interimiꝛ ꝛ ħ est.⌊ In particularibus.⌋ Secūdo ostēdit eas pͥmo in tertio pͥme.2ͦ dicit silr esse in quarto. In tertiis modo pͥme ꝯuerificat pͥmam regulam.

secūdo secūdam ꝑmam uerificat sic perfecto sillogismo sic. omne. c. b. est. a. aliqd. c. est. b. ergo aliqd. c. ē. a. si sumat̄ cōtradictoria ꝯōnis cum maiore sillogiçat̄. In secūda figura cōtradictoria minoris sic. Omne. b. est. a. nullū. c. est. a. ergo nullum. c. est. b. accepta autem eadē cū minore sillogiçat̄ in tertio cōtradictoria maioris sic Nullū. c. est. a. aliqd. c. est. b. ergo aliqd. b. nō est. a. Ostēdat̄ eni a. deinde uerificat secūdam regulā; dicēs q accepta ꝯōnis cōtraria cum maiore fit sill's sed nō interimit minorem qd ꝯcludit sub ꝯtraria minoris ꝛ h̄ pse pꝫ. Si aūt cōtraria ꝯōnis accipiat̄ cum minore omnino nō erit sill's: quia utraqꝫ particularis est ꝛ ita accepte cōtraria ꝯōnis neutra premissarū interimit̄ ꝛ h̄ est. [Si autē ꝯtrarie.] Cōsequēter dicit sililiter eē in quarto mō. s. q accepta cōtradictoria ꝯōnis interimit̄ utraqꝫ ꝑmissarū. accepta vo ꝯtraria neutra interimit̄ ꝛ h̄ est. [Silr aūt ꝛ si ꝑuatiu'.] Nota ergo q gñaliter in ꝑma figura ꝯuersiue sillogiçādo interimit̄ ma. per tertiā figurā. mi. aūt per scdaꝫ. ꝛ sic accipit̄ oppositū ꝯōnis loco ꝑpōnis interimēde. ꝛ hoc dicit Arl'. in fine capli ꝛ ibi dicet̄ eius causa. Notādum ergo q duodecim sunt hic silli cōuersiui qui sic sumunt̄ ad sillogiçādū cōuersiue iuxta ꝑmam figurā. aut accipitur cōtraria ꝯōnis aut cōtradictoria eius. si contraria aut ergo sill's ꝑfectus est ul'is aut ꝑticularis. si ꝑticularis sic non interimit̄ aliq̄ ꝑmissarū cuius causa solet queri sed frustra qꝛ Arl'. assignat causam in littera si sit ul'is aut primus modus aut secūdus. Si ꝑmus sic sunt duo sillogismi cōuersiui. vnus ad interimēdū maiorē ꝛ alius ad intermendū minorē. si sit modus secūdus sililiter sunt duo qua accepta ꝯtraria ꝯōnis quatuor sunt cōuersiui silli. si sūt supponat̄ ꝯtradictoria aut ergo sill's ꝑfectus sill's est ul'is aut ꝑticularis. Si ul'is aut ꝑmus modus aut secundus. si ꝑmus modus sic sunt duo silli ꝯuersiui. si secundus sic iterū duo. si sill's ꝑfectus fuerit ꝑticularis aut ergo tertius modus iuxta ipsum sunt iteruꝫ duo ꝛ ita octo sunt cōuersiui silli supposita cōtradictione ꝯōnis: ꝛ supposita cōtraria sunt q̄tuor ꝛ ita vniuerse sunt duodecim. ¶ Dubitaret hic forte aliqs de sill'o cōuersiuo utrū possit eē instrumētū ad artē ꝑtinēs qd nō videt̄. ars eni imitat̄ nām ꝑm Arl'. in 2° phisicoꝝ. sed natura nihil agit ut idem interimat: ergo neqꝫ ars: sed sill's cōuersiuus conclusionē cōstituit deinde interimit eādē per oppositum eius suppositū. cōstituit eniā ꝑmissam ꝛ ipsam ꝑimit per eius oppositū cōcludēs. ergo sill's cōuersiuus nō videt̄ instrumētum ad artē ꝑtinēs. Et dicēdū q sill's conuersiuus neqꝫ est cōtra modū artis neqꝫ cōtra modū nature. sic enim est in natura q posito antecedēte ponit̄ consequēs ꝛ destructo cōsequēte destruit̄ antecedēs. sicut etiā est in arte ꝛ hec supponēdo ꝑut sillogismus cōuersiuus. sill's ergo talis nō supponit oppositū ꝑme ꝯōnis ut fiet in ꝑemptione illius: nec ꝯcludit oppositū ꝑmisse ut fiet in ꝑemptione illius: sed ut qꝛ destructo ꝯñte destruitur antecedēs ostēdat̄ ꝯñtiā esse necessaria ꝯñtis ad antecedēs ꝛ h̄ est. Cōns ad premissas. ¶ Dubitabit forte aliqs cōsequēter de eius differētia ad sill'm ex falsis. videt̄ enim sillogiçari sub eo qa accipit pro ꝑmissa oppositū ꝯōnis uere ꝑ ꝯclusē. Et dicēdū q non cōnnet̄ sub sill'o ex falsis. sill's enim ex falsis semꝑ accipit falsum uel falsa. sed sic nō facit cōuersiuus. ꝯtigit enim sill'm ꝑfectū cōcludere falsum. ꝛ tūc sill's ꝯuersiuus suppones ei' oppositūꝫ supponit uerum ꝛ ꝑcedit ex ueris. ¶ Ulterius dubitabit forte ad quem ꝑtineat sillogismus cōuersiuus ꝛ que sit eius utilitas. Et dicēdum q eius utilitas est si negat̄ aliqua ratio ostēdere ipsam esse necessariā. si enīꝫ ostēdat̄ q ex opposito ꝯñtis sequitur oppositū antecedentis ostēsum est ꝯsequēs sequi ad antecedēs necessario ꝛ hoc sillogismo usus est Arl'. in primo libro ad ꝑbandū necessitatē silloꝝ: ꝑtinet autē ad sophistā ꝛ dialeticum ꝛ ad demōstratorē. ad sophistam nō quocūqꝫ modo sed ꝑ

ut utit̄ sillogismo peccāte in materia ꝛ non in forma. premissis autem cōcessis pōt ostēdere ex necessitate sequi ꝑ sillogismū cōuersiuum eo q sillogismus cōuersiuus ante se supponit sillogismum. ꝑ uō q sophista utitur sillogismo apparente qui peccat in forma inutilis est et sillogismus cōuersiuus. non est enim sillogismus perfectus sed apparēs tm̄. ad demōstratorē vo non ꝑtinet semper. disputādo enim cum discipulo ad ipsum nō ꝑtinet quare oportet discētem credere nec oportet discētem demōstrare sed suppōne disputādo tamē cauillatorie qui resistit iam ꝑpositioni q̄ꝫ ꝯōni oportet illum uti sillogismo cōuersiuo. Ad dialeticū autem maxime ꝑtinet ꝛ qꝛ dialetica obuiatiua ꝛ exercitatiua est ut sigt Arl'. uersus finē thop̄. ubi dicit q oportet dialeticū exercitatum esse in conuersiuis ꝯōnibus ad meditationem ꝛ exercitationē. ibi enim diffinit sillogismū. ¶ Sed tunc querit̄ si ibi diffinit̄ ꝛ hic quomodo differēter ꝛ que sit differētia datarū ꝯōnum hic ꝛ ibi. ꝛ quare ibi non determinat̄ de sillogismo cōuersiuo cum maxime ad dialeticū pertinet. Dicēdum q hic diffinit̄ sillogismus cōuersiuus ꝑm q cōmuniter se habet ad oēm materiā. s. probabilem ꝛ necessariam qd patet per diffinitionem que est. Cōuersio est sillogismus interimēs ꝑmum idem medio uel mediuꝫ postremo. hoc enim est quātum ad oēm ꝯñam ꝛ materiaꝫ. In fine autem thop̄. diffinit̄ ꝑm q cōtrahit̄ ad materiaꝫ probabilem qd patet per diffinitionē ibi datam que est q cōuertere est transponere ꝯōnem cum reliqs interrogationibus interimere vnum eoꝝ que data sunt. Interrogationes enim proprie in dialeticis sunt ꝛ in materia ꝑbabili. ibidē enīꝫ oportet dari ꝑmissas ꝛ respicit̄ ad earum dationē non aūt ita est in disciplinis. Patet igit̄ differentia diffinitionū hic date de sillogismo cōuersiuo ꝛ ibi date. patet enim quare ibi de eo determinat̄ potius q̄ꝫ alibi. In hoc enim libro determinari habēt rationes cōmunes dialetico ꝛ demōstratori ꝛ sic determinat̄ hic sillogismus cōuersiuus. ¶ Cōsequēter dubitabit aliqs de diffinitiōe hic posita. ꝛ ꝑmo querit̄ quare diffinit cōuertere ꝛ non sillogismū conuersiuum cum conuertere actus eius sit. Ad qd dicēdum q sillogismus ꝯuersiuus non differt in eē ma a sillogismo ꝑfecto ostēsiuo. fiūt enim in eisdem terminis sed plane differt quo ad hūc actum qui est cōuersio siue cōuertere qꝛ qd cōcludit̄ per ostensiuum supponit̄ non esse in cōuertēdo ꝛ ideo magis diffinit conuertere q̄ꝫ sillogismuꝫ conuersiuum qꝛ per hoc magis patet differētia conuersiui ꝛ ostēsiui perfecti. sed ex diffinitione eius qd est cōuertere reliqt diffinitioneꝫ conuersiui sillogismi manifestam. Eadē enim oppositio posset esse circularis ostēsionis ꝛ eadē est solutio. ¶ Adhuc dubitabit̄ qꝛ videt̄ diffinitio diminuta eo q non extendit se nisi ad cōuersionem factam in ꝑma figura. dicit enim q tūc est cōuertere quādo per oppositū ꝯōnis interimit̄ ꝑmum inesse medio uel mediuꝫ postremo. sic autem cōuertere non est nisi in ꝑma. In secūda enim interimit̄ medium inesse ꝑmo uel postremo. In 3ª autē primum uel postremū medio. Adhuc hec diffinitio nō cōtingit nisi cōuersioni facte circa sillogismuꝫ affirmatiuū ad interimēdum enim maiorē sillogismi negatiui oportet ostēdere primuꝫ inesse medio. in affirmatiua aūt oportet ostēdere primū ei nō inesse. ¶ Adhuc dicēdū q si aliqua ꝑprietas debeat diffiniri debet diffiniri ꝑm illū modum quo cōtingit ei cui primo inest. ibi enim est eē eius excellētissimum ꝛ ꝑmum sic enim in oībus alijs rebus diffiniendis q in statu suo nobilissimo debent diffiniri sed conuersio ꝑmo ꝛ excellentissime inuenit̄ in prima figura ꝛ in modis affirmatiuis ꝛ ideo hic diffinit̄ ꝑm eius talem statum. Per illam autem diffinitionē datur satis intelligi conuersio in alijs figuris ꝛ modis. ¶ Cōsequēter queri potest de oppositionibus quas ipse enumerat sed alibi habet locum ꝑpriū. vnde solum notādū est q

h sub cõtrarietatem cõprehẽdit sub ipsa cõtrarietate. vnde tres sunt oppositiones quas enumerat hic ⁊ sumuntur sic. ois oppositio aut est affirmatiõis ad negationem: aut econuerso. aut ergo in utraq; accipit̃ sc̃m vniuersaliter ⁊ est cõtrarietas. aut particulariter ⁊ sic est subcontrarietas. aut in altera uliter ⁊ in reliqua particulariter ⁊ sic est cõtradictio. ¶ Ultimo forte dubitabit̃ de eo qd̃ docet sillogiçare per cõtrariã ɔ̃nis sicut supponẽdo cõtradictoriã eius. videt̃ enim non debere sillogiçare ⁊ supponẽdo cõtrariã q̃̃uis enim neget̃ ɔ̃ precedẽtis sillogismi non est accipiẽda eius cõtraria ꝑut uera q: nõ sequitur si vna ɔ̃trariarũ est falsa q͛ reliqua sit uera. Dicẽduz q͛ sillogismus cõuersiuus solũ innuit ꝓbare ɔ̃nam ⁊ iõ ibi ad ipsum de ueritate ɔ̃nis uel falsitate siue enim sit uera siue sit falsa. Si oppositũ ɔ̃nis interimit primam ex aliqua p̃missa sequit̃ ɔ̃º. ⁊ h siue oppom cõtrarium sit siue cõtradictoria q: neq; cõtraria neq; cõtradictoria simul stãt cum eodem. de alijs autem que quert possent circa litteram reddit adhuc causam in littera sicut patet in scientia.

In secũda autem figura eadez quidem que est ad maiorẽ extremitatem ꝑpõnem: nõ est interimere cõtrarie quolibet mõ cõuersione facta: semper enim cõclusio in tertia figura: ulis aũt non fuit in hac sills. Alteram aũt siliter interimemus ɔ̃uersioni: dico aũt similr̃ si cõtrarie cõuertit̃ contrarie. Si aũt opposite opposite. Insit enim. a. omni. b. c. aũt nulli: cõclusio. b. c. Si ergo sumat̃. b. omni. c. ineẽ ⁊. a. b. maneat. a. omni. c. inerit: fit enĩ prima figura. Si aũt. b. omni. c. a. aũt nulli. c. a. nõ omni. b. figura postrema. Si aũt opposite cõuertat̃. b. c. a. b. qdem. Similiter ostẽdit̃. a. c. aũt opposite. Nam si. b. alicui. c. a. aũt nulli. c. a. alicui. b. nõ ierit. Rursum si. b. alicui. c. a. aũt omni. b. a. alicui. c. q̃re oppositus fit sills. Similiter aũt ostẽdet̃ ⁊ si ecõuerso se habeant ꝑpõnes.

¶ Hic docet quõ fit sills ɔ̃uersiuus in scd̃a figura. ⁊ primo ponit duas regulas obseruãdas in hac cõuersione. scd̃o ostẽdit eas determinãdo sillm̃ in hac figura. ꝑma istaruz est h. Per ɔ̃uersiuũ sillm̃. Juxta secũdã figurã nõ cõcludit̃ ɔ̃ria maioris qñ ocũq; mõ oppositũ ɔ̃nis sumat̃ cu ius cã est ut dicit q͛ mõ interimit figurã in qua nõ cõcludit ulis: ɔ̃ria aũt maioris in secũda figura ulis est ⁊ h est. ⌊ In secũda aũt figura. ⌋ Scd̃a regula hec est si supponitur ɔ̃dicª ɔ̃nis cõcludit̃ ɔ̃tradicª minoris. si ɔ̃traria cõtraria q: eodẽ mõ interimit̃ minor quõ supponit̃ oppositũ ɔ̃nis ⁊ h est. ⌊ Alter aũt siliter. ⌋ Et nota q͛ iste regule sunt tã in ꝑma q̃̃ in scd̃a figura. ɔ̃ñter ostendit eas determinãs sillm̃ ɔ̃uersiuũ in scd̃a figura. ⁊ ꝑmo in modis ulibº. scd̃o in ꝑticularibº cũ dicit. ⌊ Si aũt in pte. ⌋ Adhuc in ulibus ꝑmo in scd̃o mõ. Scd̃o dicit siliter eẽ in primo mõ. ꝑma in duas. i ꝑma docet ɔ̃uertẽ silloce. in scd̃o mõ supponẽdo ɔ̃trariã ɔ̃nis. in 2º supponẽdo ɔ̃dicam. Dicit igit̃ q͛ supponẽdo ɔ̃trariã ɔ̃nis cũ maiore cõcludet per ꝑmã figurã ɔ̃traria minoris ut ꝑsito sillo oẽ. b. ẽ a. nullũ. c. est. a. g͛ nullũ. c. est. b. per ɔ̃trariã ɔ̃nis ⁊ maiorẽ sillat̃ ɔ̃traria minoris. sic oẽ. b. est. a. oẽ. c. est. b. g͛ oẽ. c. est. a. eadẽ sũpta cũ minore sillat̃ ɔ̃traria maioris per tertiã figurã sic nullũ. c. est. a. oẽ. c. est. b. g͛ quoddã. b. nõ est a. ⁊ h est. ⌊ Insit eni. a. oi. b. ⌋ Cõñter docet ɔ̃uersiue sillare in eodẽ mõ ɔ̃tradicª ɔ̃nis accepta. si eni; accipiat̃ cõtradicª ɔ̃nis cũ maiore sillat̃ per ꝑmã figurã ɔ̃tradicª minoris sic. oẽ. b. est. a. aliqd̃. c. est. b. g͛ aliqd̃. c. est. a. eadẽ aũt cũ minore sillat̃ in tertia figura ɔ̃tradictoria maioris sic. Nullũ. c. est. a. aliqd̃. c. est. b. g͛ aliqd̃. b. nõ est. a. ⁊ h est. ⌊ Si aũt opposite. ⌋ Cõñter docet silr̃ eẽ circa modũ primũ secũde ⁊ h est. ⌊ Silr̃ ostendet̃. ⌋

¶ Si autẽ in parte est sillogismus qdez cõtrarie cõuersa cõclusione neutra ꝑpositionum interimit̃: quẽadmodũ in ꝑma figura: opposite aũt utreq;. ponat̃ enim. a. b. quidẽ nulli ineẽ. c. aũt alicui cõclusio. b. c. si ergo ponat̃. b. alicui. c. ineẽ ⁊. a. b. maneat cõclusio erit quoniã. a. alicui non inest: sed non interimit̃ qd̃ ex ꝑncipio: ɔ̃tingit enim alicui ineẽ ⁊ nõ ineẽ: rursum si. b. alicui. c. ⁊. a. alicui. c. nõ inerit sills. Neutruz enim vniuersale eoꝝ que sumpta sunt: q̃si non interimit̃. a. b. Si aũt opposite cõuertat̃ interimunt̃ utreq;: nam si. b. omni. c. a. autez nulli. b. nulli. c. a. aũt inerat alicui. Rursuz si. b. oi. c. a. aũt alicui. c. alicui. b. a. Eadem aũt demõstrano ⁊ si ulis sit ꝑdicatiua.

¶ Cõñter docet sillare ɔ̃uersiue in ꝑticularibº modis. ⁊ primo ponit duas regulas uerificãdas. q̃rũ vna est q͛ accepta ɔ̃traria ɔ̃nis neutra ꝑmissarũ interimit̃. Alia est q͛ accepta ɔ̃tradictoria eius iterimit̃ utraq; ⁊ h est. ⌊ Si autẽ in pte. ⌋ 2º ostẽdit eas primo in 3º mõ. 2º dicit silr̃ eẽ in 4º. Adhuc in q̃rto. ꝑº uerificat ꝑmã. 2º scd̃am. ꝑmã sic. ꝑfecto isto sillo nullũ. b. est. a. aliqd̃. c. est. a. g͛ aliqd̃. c. nõ est. b. Si aũt accipiat̃ ɔ̃traria ɔ̃nis cũ maiore fiet sillus sed ille nõ iterimit minorẽ. si aũt accipit̃ cũ minore utraq; erit ꝑticularis q̃re oĩno nõ erit sills ⁊ hec est. ⌊ Ponit enim. a. ⌋ secũdã ostẽdit sic. Si aũt accipit̃ cõtradictoria ɔ̃nis cũ maiore sillat̃ per ꝑmã ɔ̃tradictoriã minoris. si aũt accipit̃ cũ minore sillat per tertiã figurã ɔ̃tradictoria maioris ⁊ per hũs ⁊ h est. ⌊ Si aũt opposite. ⌋ Cõñter dicit silr̃ eẽ circa q̃rtũ modũ ⁊ est idez modus manifestãdi utrãq; regulã iuxta ꝑm ⁊ iuxta modũ ꝑcedẽtem ⁊ h est ⌊ Eadẽ aũt demr̃atio est. ⌋ Nota ergo q͛ h simplr̃ iterimit̃ maior ꝑpõ per tertiã figurã minor simplr̃ per ꝑmã. ⁊ ubiq; ponẽdũ oppom ɔ̃nis pro minore. Nõ ẽt q͛ hic sunt duodecim silli ɔ̃uersiui qui sic accipiunt̃ aut sumit̃ ɔ̃traria ɔ̃nis aut ɔ̃tradictoria. si ɔ̃traria aut ergo sills ꝑfectus est ⁊ ulis: aut ꝑticularis. si ꝑticularis in utraq; premissarũ interimit̃ ⁊ cãm huiº assignat in lr̃a. Si ulis aut modus sic sunt duo. si secũdus modus alij duo ⁊ ita sumpta ɔ̃traria ɔ̃nis q̃tuor sunt cõuersiui silli. si supplet̃ cõtradictorie. aut ergo sills ꝑfectus est ulis aut ꝑticularis. si ulis aut ꝑmus modus ⁊ sic sũt duo modi. aut secũdus ⁊ sic sunt alij duo. Si ꝑticularis aut tertius modus ⁊ sic sunt duo: aut q̃rtus ⁊ sic sunt alij duo ⁊ ita supponẽdo cõtradictoriã erũt hic q̃tuor silli ɔ̃uersiui ⁊ ita in vniuerso sunt h duodecim sicut in ꝑma figura.

In tertia autẽ figura quãdo cõtrarie quidez cõuertit̃ cõclusio neutra ꝑpositionũ interimit̃ ꝑm nullus sillogismoꝝ. Quando aũt opposite utreq; ⁊ in omnibus.

¶ Hic docet quõ fit sills ɔ̃uersiuus in tertia figura. ⁊ ꝑmo

ponit duas regulas ostēdēdas: quarū pma est accepta ꝯria ꝯōnis cū vna pmissarū in tertia figura nunꝙ interimit altera pmissarū. Scđa est accepta ꝯdic^a ei^o erit sills ad interimēdū utrāqꝫ pmissaꝝ ꝛ h est. [In 3^a aūt fig^a.]

Sit enim ostēsum. a. alicui. b. mediū autem sumptū sit. c. ꝛ sint ules ꝓpōnes. Si ergo sumat. a. alicui. b. nō inee. b. autē omni. c. nō fit slls eius qđ est. a. ꝛ. c. neqꝫ si. a. b. qdem alicui nō inest. c. aūt omni: nō erit eius qđ est. b. ꝛ. c. slls. Silr aūt ostēdet ꝛ si nō ules sint ꝓpōnes: aut enim utrasqꝫ necesse est particulares eē: per ꝯuersionē aūt vniuersalē ad minorē extremitatē fieri: sic autem nō fuit sillogismus: neqꝫ in pma neqꝫ in media.

Scđo eas ostēdit in modis affirmatiuis p^o. 2° in negatiuis cū dicit. [Silr aūt ꝛ si pujatiu^o.] Adhuc in affirmatiuis p^o ostēdit regulā pmā. 2° scđam cū dicit. [Si autē op^te pmā regulam.] p^o manifestat in uli affirmatiuo dicēs qꝫ facto isto sillo. oē. c. est. a. oē. c. est. b. igif aliqđ. b. est a. ex ꝯria ꝯōnis cū minore erit disp^o pme figure maiore pticulari. ꝛ ita nō sic iterimit maior. Si aūt accipit ꝯria ꝯōnis cū maiore aut illa erit maior ꝛ fit 2^a figura maiore pticulari aut minor ꝛ sic erit slls sed nō iterimet minorē sꝫ ei^o ꝯūsam sic enī ꝯcludet oē. c. est. a. aliqđ. b. nō est a. igif aliqđ. b. nō est. c. que nō est opposita minori sꝫ ꝯūse ei^o ꝛ hec est. [Sit enim ostēsum.] 2° manifestat eādē regulā in pticularib^o modis affirmatiuis. Sic in 3° mō accipit ꝯria ꝯōnis cū maiore ambe erūt pticulares si cū minore erit p^a figura ꝛ maior pticularis. Si accipiet in 4° mō ꝯria ꝯōnis cū minore erūt ambe pticulares. si autē cū maiore aut igif ꝯria ꝯōnis fiet maior ꝛ sic erit 2^a fi^a maiore pticulari. aut fiet minor ꝛ erit sllš nō iterimēs minorē ꝛ ita in sllis pticularib^o affirmatiuis nunꝙ iterimit aliq̄ pmissaꝝ p ꝯria ꝯōnis ꝛ h est. [Silr aūt ondet.]

Si aūt opposite ꝯuertant ꝓpōnes interimunt utreqꝫ. nā si. a. nulli. b. b. aūt omni c. a. nulli. c. Rursum si. a. b. qdē nulli. c. autē oi. b. nulli. c. ꝛ si altera nō sit ulis silr. Si enim. a. nulli. b. b. aūt alicui. c. a. alicui. c nō inerit. Si aūt. a. b. qdē nulli. c. autē omni nulli. c. b.

